



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
664/A



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
664/A



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
664/A



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
664/A



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
664/A


Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
664/A



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
664/A

W Gossip Coll: Trin:
Cantab: 1726: Pret. 1/2

37040

664/A

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
664/A

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
664/A

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
664/A

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
664/A

37440

DE RE UXORIA LIBRI DVO,

VT VENVSTATE SERMONIS præclari, ita & præceptis optimis & exemplis uberrimis ex omni Græcâ Latinaque Historiâ collectis redundantes.

AVTORE FRANCISCO BARBARO Patricio Veneto.



AMSTELODAMI.

Typis IOANNIS IANSSONII, M. DC. XXXIX.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
664/A



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
664/A

Amplissimo & eruditissimo Viro

MARCO ZUERIO BOXHORNIO

In Academia Leidensi Eloquentiæ Professori.

QVem de RE VXORIA comentariolum hic vides, celeberrimi nomiis tui auspiciis usurpatis, lienter meritoq; publico concramus, *Vir Clarissime*, qui ua es doctrina, & morum ac genii amœnitate, non potes non admodum æstimare uæ virtutis & sapientiæ præpta, summa dicendi eleganta, hic inculcantur. Non uod illis tibi sit opus, qui initata animi contentione, ac dicii felicitate, omnem verum & cordatam sapien-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
664/A

tiam non imbibiſti tantum, ſed quoque admodum adhuc adoleſcens, maximo omnium applauſu, in florentiſſima orbis totius Academia docuiſti verùm ut alii, auctoritate tua animati, ad horum lectionem ſe accingant. Ad hoc autem officium non beneficiis tantum tuis, ſed occaſione etiam ſum invitatus; jam tandem domum ducta uxore, virgine lectiſſima, & qualem virtutes tuæ merebantur. Cum qua ut multos annos ſalvus agas, ut ſuaviſſimis tori pignoribus domum, ſimillimis tuo ingeniis orbem eruditũ aut Rempublicam augeas & exornes, cum omnium votis noſtri

quoque conjungenda censuimus. Vale, literarum decus, & nos ama. Amſtelodami anno cIↄ. Iↄ c. XXXIX. exſpirante.

Clariſsimo nomini tuo
ſemper colendo
obſtrictus.

JOANNES JANSSONIUS.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
664/A

AUTHOR
AD LECTOREM

QVi legis attonito quæ tot modo scri-
bimus orbi
Ponis & in fatuis ocia multa libris.
Me quoq; (non magnus labor est) percurr
legendo
Parvaq; cum nugis tempora perde meis.
Nam sua si turpes celebrãt Encomia musca
Et laudatorem fœda Tyrannis habet.
Nec piget humanos asinis affingere vultus
Atq; homini pennas, & dare verba feris.
Hæc quoq; scripta legi nonnullo jure me-
rentur,
Virtutem precium quæ posuere sui.

AD
LAVRENTIVM MEDICEM,
Civem Florentinum
FRANCISCI BARBARI,
Veneti DE RE VXORIA
Nuncupatoria
PRÆFATIO.

Majores nostri LAURENTI *charissime, benevolentia vel necessitudine sibi conjunctos in nuptiis aliquo munere donare consueverunt, ut apud illos amoris & officii sui monumentum & ornamentum esset. Hæc nunc consuetudo ut pleraque alia è curriculo à majoribus nostris instituto deflexit. Multi enim longè diversa sentientes sæpenumero ære alieno gravantur, ut ditissimis donis locupletissimos donent: qui in serendis*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
664/A

ut ſic dixerim muneribus, Babylonios agricolas imitari non videntur, quibus ab agrorum feracitate, ut ſcribit Herodotus pater hiſtoriæ, pro ſingulis ſextariis ducentos ac trecentos ſæpè juſtiſſima tellus reddit. Eos quidvis potius quam beneficos & liberales appellarim. Inopes enim ea munera opulentiſſimis mittunt, quibus ipſi maximè omnium carent, illi autem abundant.

Quocirca ſæpè quæſtus aut lucri cauſſa fœnerari beneficia judicantur, quos ut expectata merces fruſtretur dignos exiſtimo, quod hac adumbrata liberalitate gratiam exigunt & utilitates magnas & multas ſæpè conſectantur. Ab his valdè diſſentio, præſertim

tim cum tecum agatur, apud quem in tantis divitiis, in tantis opibus, in tot ex omni parte secundissimis rebus, quis muneribus meis locus esse possit non reperio. Nam ut omittam ea quæ ut vitæ necessaria sunt, tibi preciosa vestis multa, & lauta suppellex & magnifica multis in locis est. Mihi præterea recordanti multos in nostra familiaritate sermones, gratius atque jucundius tibi munus fore visum est; si potius à FRANCISCO *tuo quam à fortuna sua donareris. Quamobrem tuo nomine de* RE VXORIA *breves commentarios scribere institui, quos huic nuptiarum tempori accommodatos arbitror non inutiles futuros. Abhorrent enim à communibus præ-*

 ceptis,

ceptis, quæ nec pro hac mea mediocritate ingenii ornatius dici, nec planius explicari potuissent, sed ea ex magna parte sum secutus, quæ Zacharias Trivisanus clarissimus hinc civis, vir ætatis nostræ ingenio, prudentia, justitia, maximarum rerum scientia, rebus gestis prudentissimus, & amicitiæ jure mihi conjunctissimus graviter exposuit, cum aliquando in ejusmodi rei sermonem incidissemus, in quibus propemodum omnis elegans antiquorum ratio uxoria continetur. Nec verò hæc scribere aggredior, ut ipse te, sed ut per te nonnullos id ætatis instituam, & cum quid agendum sit, alios commonefacio, tu quod per te fecisti, facis, & facturus es, in te recognoscas.

ſcas. Quid enim tibi præciperem? quem cum natura ad laudem, ad decus, ad dignitatem effinxerit, ea nactus es exempla domeſtica & adjumenta doctrinæ, quibus tali naturæ conjunctis omnis apertus eſt curſus ad gloriam. Imitaris profectò ſpectatiſſimum virum Ioannem, patrem tuum & ornatiſſimum Coſmum fratrem, quorum authoritate, prudentia, conſiliis abundè munitus es. Habes alios & optimos & ſapientiſſimos viros, quibus uteris multum. Vidi ſiquidem præſens, quanta cura ac diligentia eruditiſſimum Robertum Boſſum in primis coleres atque obſervares, à cujus latere rectiſſime quidem fere nunquam diſcedebas. Accedit & eloquẽtiſſimi

mi hominis Leonardi Aretini, ne minus literatissimi Nicolai nostr consuetudo, à quibus cum alia permulta tum pleraque id genus assidue te audire & accipere confido. Quæ cum ita sint, tamen ab amore non sum nostro alienum arbitratus, si quæ mihi viderentur à me quoque ipse intelligeres. Hæc enim eadem tibi jucundiora fore putavi, si ad te ex mea sententia scripta quædam pervenirent. Alexander ille magnus cum Xenocrates quinquaginta auri talenta à se dono missa repudiasset, quasi sibi regis muneribus opus non esset: Si Xenocrati inquit Alexandri munificentia uti non expedit, Alexandro tamen opus est, ut in Xenocratem liberalis sit & videatur.

Sic

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
664/A

Sic quamvis ita institutus sis, ut meum consilium valdè tibi necessarium esse fortasse non putes, tamen hæc mihi digna res visa est, & juvenum cognitione & nostra familiaritate. Nam cum universa Philosophia frugifera & fructuosa sit, adeò ut nulla pars ejus inculta ac deserta esse debeat, tum in ea feracissimus ac uberrimus locus erit, si nuptiæ unde domestica officia ducuntur ex optimo more & sanctissima disciplina prudenter, accuratè, honestè, diligenter instituentur, absolventur, facilè quoque perspici poterit & memoria mater voluntatis & amicitiæ fides. Hac in re eximiam & singularem mercedem nactus ero, si tibi cui propè omnia debeo, lucubra-

tiun-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
664/A

tiuncula mea grata & jucunda erit. Accedet ad lætitiam, si juventus ipsa in hisce commentariolis nostris acquiescet, cum ut prodessemus de suo negocio otiosi perscripsimus, ut vel periti rei uxoriæ doctorum hominum judicio confirmati delectari, vel imperiti commoneri rectè possent. Ex ipsis si qua tibi pars forsitan minimè accepta erit, universos tamen ut spes & opinio mea fert facilè probabis, velut enim in symposiis quãvis à plerisq; cibis singuli temperemus, totam tamen cœnam laudare consuevimus, nec ea sanè quæ stomachus recusat illis quibus delectatur gratiam auferunt. De re uxoria igitur agere incipiam, & ea dicam quam brevissimè tanta

res

res dici poteſt, quæ ut dixi ſummo viro Zachariæ meo, & multis præſtantiſſimis hominibus magnopere placuiſſe percipio.

Nunc inſtitutum proſequar. Tu me benigne & attente audies, & hoc qualecunque opus pro mutua noſtra benevolentia inſtar præclari muneris, in hiſce nuptiis tuis ſuſcipies.



IN-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
664/A

INDEX CAPITVM LIB. I.

Quibus dotata sit uxor.

INDEX CAP. LIB. II.

De Vxoris officio.

CAP.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
664/A

CAPUT I.

Quid sit Conjugium & quæ ejus bona?

ANTEQUAM De Delectu uxoris & officio dicere incipiam, prius pauca mihi dicenda ſunt. Placet autem in primis mihi quid ſit Conjugium hoc loco definire, ut exemplo eruditiſſimorum virorum principio intelligatur, de qua re omnis noſtra diſputatio futura ſit. Sic enim ſumma rei cognita, facilius de reliquis, & rectius judicare poterimus.

Eſt igitur Conjugium, viri & uxoris perpetua conjunctio procreandæ ſobolis, vel vitandæ fornicationis cauſſa legitimè inſtituta. Cujus plures diverſæque ſententiæ fuerunt. Harum quæ vera ſit quærere ac diſſerere longum eſſet. Sed potior

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
664/A

tior eſt apud me cùm clariſſimorum gentilium tum Chriſtiana ſententia quæ omnium propè conſenſu laude digna judicatur.

Romani enim ut honeſte natis liberis Civitas repleretur, inſtituerunt, ut eorum mulctæ nomine pecuniæ in ærarium deferrentur, qui cœlibem uſque ad ſenectutem vitam duxiſſent. Naturam ipſam ſequi voluerunt, qua generi animantium tribuitur, ut procreandi cauſa conjunctionis appetens ſit, & ſalutem ſuam putet in his, quæ procreata ſunt, contineri. Nam ſenſus generandi in beſtiis quoque perſpicuus eſt. Siquidem volatilium (ne ſi de cæteris dixero longior ſim) nidificandi ſtudium omnes videmus, in quibus in promtu eſt quædam conjugiorum ſimilitudo ad ſimiles procreandos atque nutriendos. Hoc modo veluti corpus cibo, ſic homi-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
664/A

num & beluarum genus perpetuum fit. Lycurgus, cujus cultis legibus Lacedæmoniorum Reſpublica floruit, neglectis everſa eſt, eos notavit ignominia, qui annos ſeptem & triginta nati ſine uxoribus eſſent. Et qui maritalem nondum attigerant copulam eos paleſtræ gymnaſiis adeſſe prohibuit, ut vel vitandæ ignominiæ cauſa, vel nobilitate coronæ incenſis civitas liberis hominibus major & honeſtior eſſet. Quocirca non illepide *Callicla* claro Imperatori qui liberos nunquam genuerat Lacedæmone, ubi fuit honeſtiſſimum domicilium ſenectutis, adoleſcens quiſpiam honoris cauſa in Theatro non deceſſit, illud adjiciens. *Neque tu mihi Callicle deceſſurum genuiſti.* Uſu compertum eſt nuptiis legitimis aptiores ad honeſtatem filios naſci, gravius educari, meliores denique cives effici, ex quibus conſtans

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
664/A

ſtans civitas amicis juſtitia charior eſt, hoſtibus virtute terribilior. Exploratiſſimum enim magiſtra fecit experientia eos qui illegitimè ac intemperanter procreati ſunt, ut plurimum flagitioſos ac improbos, & ad turpitudinem propenſiores eſſe. Honeſto loco natos paternæ gloriæ lumen obſcuros eſſe non patitur, qui parentum imagines ſibi plus oneris quam honoris afferre intelligunt, niſi ſua virtute majorum dignitati ac amplitudini reſpondeant. Nec profecto ignorant, quod omnium in ſe oculos convertit expectatio & repetitio quodammodo hereditariæ virtutis. Sic natos ad laudem *mœnia civitatis* appellare poterimus. *Ageſilao* præſente quiſpiam Lacedæmoni muros deeſſe cum queſtus eſſet, *Dii*, inquit, *meliora*, *civitas ipſa noſtræ urbis munitiſſima mœnia ſunt.* Par ſiquidem eſt non lignis aut lateribus,

ribus, ſed virtute patriam, Deos, penates, aras, focos, parentes, conjuges, liberos tueri atque defendere. Quid jucundius etiam, quam domeſtica cura vacuum in commune conſulere? & pudicam mulierem habere, quæ ſecundis & adverſis rebus ſocia conjunx & amica ſit? cui cogitationes intimas, quæ ad rem ſuam pertineant; cui parvos & communes filios tradas? in cujus ſermone ac ſuavitate curas omnes doloreſque deponas? quam ſic diligas, ut in ſalute ſua aliquam partem vitæ tuæ incluſam putes? Huic rei *Cenſorius* ille *Cato* tantùm cultus & venerationis deberi cenſebat, ut quiſquis uxori manus inferret, nõ aliter quam qui dearum ſimulacra temeraſſet inſectandum & deteſtandum eſſe paſſim affirmarit, eumque dicere ſolitum accepimus, longè ſibi difficilius videri bonum maritum, quàm

bonum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
664/A

bonum Senatorem agere. Hoc vinculo Cadusius seditiosissimos Cares inter se conciliavit, hac necessitudine Cyrus cum finitimis Chaldæos inimicissimos placavit. Et Romæ eodem die Sabini & hostes & cives fuerunt. Hoc idem Pompei & Cæsaris animos abalienatos mitigavit. Et quod incredibilius dictu est, Alexander hac conjunctione, non autem superbissimo illo ponte, Asiam Europæ conjunxit. Finis non erit si commemorare voluero quantum Philosophi, quantum Historici, Poëtæ, Reges, Civitates, Principes, quos ex monumentis literarum velut ex equo Trojano educere possumus, huic necessitudini, huic charitati, huic pietati attribuunt; sed hæc nota sunt, & ego ero brevior, præsertim cum in re apertissima testibus minimè necessariis utendum non sit.

Chri-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
664/A

Christiana tamen institutio si-
ntio prætereunda non est, cujus
erito tanta dignitas est, ut etiam
ne ratione possit authoritas. Ejus
stitutis nuptiæ quæ sacramen-
, fide, prole, firmissimæ sunt,
commendantur, ut prius jussæ,
osterius concessæ facilè videantur,
uæ quam probabiles sint, Christus
ominus noster in Euangelio con-
rmavit, tum quia prohibuit uxo-
em dimitti, tum quia venit invita-
is ad nuptias. De quibus ita sen-
endum est, ut etsi per se expetendæ
on sint, tamen in id quod per se
onum est arbitratu meo referun-
ur. Sapientiam, amicitiam, salutem,
ropter seipsa expetimus, ingenium,
octrinam, scientiam, honestam
orum similitudinem, conjugum
oncubitum, cibum, potum, som-
um, quasi necessaria propter illa
oncupiscimus.

Nu-

Nuptias igitur bonas esse credi-
mus & prolis caussa & utriusque se-
xus societate, quam nobis natura
mirum in modum commendavit.
Alioqui inter senes conjugii digni-
tas desineret, vel si liberis carerent,
vel adempta generandi spes esset, in
quibus illa egregia laus est, ut in-
continentiæ turpitudinem propa-
gandæ prolis honestas tueatur.
Quamobrem vir & uxor eo jure,
eo fœdere, ea necessitate conjuncti
sunt, ut nec ipsa separatione disjun-
gi possint. Quanquam quosdam vi-
dere videor in ipso statim limine
obstaturos mihi, qui Xantippes dif-
ficiles mores objicient, & Laconi
illius ingenium in delitiis habebunt,
qui cum eximiæ protervitatis uxo-
rem cœpisset, & ob eam rem male
audiret, renuntiantibus, *Vetus*, in-
quit, *ac salutare proverbium est*, *ut e
malis, si fieri poßit, vel minima deligamus.*

Qui

Quibus reſpondetur & alia multa,
t illud Socratis inprimis. Hic cum
uthidemum exGymnaſio domum
eduxiſſet, ut ſanctiſſimum jus ho-
pitalitatis ad benevolentiam ad-
ungeret, Xantippe ira percita men-
am diſturbavit. Id cum hoſpiti mo-
ſtum eſſe Socrates intelligeret, *bo-*
o animo ſis inquit, *à cicuribus graviora*
penumero perferimus, ut ova, pullos, &
ngè tenuiores quàm ex uxore, fructus
piamus. Ad hæc accedit *Metelli Nu-*
idici ſpectatiſſimi viri & cenſoris
ratio, in qua cum de ducēdis uxo-
bus concionem haberet, hæc ab eo
icta memorantur: *Si ſine uxoribus*
uirites eſſe poſſemus, omnes ea moleſtia
reremus, ſed quoniam ita natura tradi-
t, ut nec cum illis ſatis commode, nec ſine
is ullo modo vivere poſſimus, ſaluti per-
tuæ potius quam brevi voluptati conſu-
ndum videtur.

Sed hæc ſatis de conjugio, quia

 à do-

à doctiſſimis viris ſunt tradita ube-
rius: ut autem maximè neceſſaria
complecteremur, hæc ipſa collegi-
mus. Nunc partes uxorias quas à
majoribus noſtris nuſquam in ordi-
nem digeſtas invenimus, quaſi ſub
uno aſpectu poſitas breviter expo-
nemus, ſi priuſquam ingrediamur
hunc locum, qualis uxor deligi de-
beat, inſtituerimus: modo id præ-
monuerimus nullam tantam nu-
ptiarum excellentiam contingere
debere, cui non patris voluntatem
anteponi conveniet, vel Cyri docu-
mento, qui cum Cyapare ad præ-
ſtantiſſimam auri ampliſſima dote
mulierem ſuſcipiendam invitare-
tur, non ante ſe velle dixit, quam
à parentibus collaudari certior
eſſet.

CA

CAPUT II.

Qua dote & quibus moribus uxor ſit ducenda.

VEteres, quorum multa doctrina plurimo rerum uſu vivit authoritas, in uxore ætatem, mores, genus, formam, opes, ſpectari debere cenſuerunt, quæ ſi neglexerimus & familiæ dedecus & dolorem ſemper, & ſæpè mœrorem nobis afferemus; ſi verò diligenter obſervaverimus, & domeſticæ laudi & noſtræ dignitati & perpetuæ jucunditati conſulemus.

Virtus igitur in primis animadverti debet, cujus ea vis, ea dignitas eſt, ut ſi cætera deſint, nuptiæ tamen gratæ ſint, ſin adſint, jucundiſſimæ certò fiant. Res enim domeſtica, cui uxor præficitur benè ſe habere non poteſt, niſi in mulieris principis prudentia, cura, induſtria, inſtitua-

tur, gubernetur, componatur. Regum mores, cives, Imperatorum milites, parentum liberi, matrumfamilias ancillæ facilè ſequuntur. Locuples nobis teſtis eſt Homerus, apud quem pudicæ Andromaches pediſſequæ ſic inſtitutæ videntur, ut miniſtris Helenæ pudicitia, vigilantia, labore præſtent & excellant. Mulier igitur de qua nunc verba facimus, ancillas facilè continebit, ſi ſeipſam continuerit. Nec eos hoc loco probarim, qui [niſi] ſumma quædam in uxore deligenda quærunt, & magno ſtudio deſiderant, quæ vix multis ſeculis inventa ſunt. Multa legimus, multa audimus, ſemper eos laude dignos judicari videmus, qui licet inferiores, virtutis imitatione laudatiſſimos ſequi voluerunt. In Olympicis ludis Philomena nobilitate coronæ donatum eſſe memoriæ proditum eſt, non

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
664/A

non quia antiquum Glaucum athletam illum clarissimum, sed quia sui temporis pugiles virtute superavit. Sic quamvis *Porciæ*, *Corneliæ*, *Panbiæ* lumina gloriæ muliebris ætatis nostræ concessæ non sint, si diligentes erimus, comperiemus quæ nobis ornamento, usui & delectationi esse possint. Hæc quibus modis odorari liceat, ad indagandum minimè difficilia sunt.

M. Cato consularis & Censorius, jam grandævus virginem uxorem cepit, cujus consilium altius repetam, quia in ejus narratione ex Græcis monumentis petita, quasi in jucundo diversorio acquiesco. Itaque *M. Cato* maximus natu, Salonii clientis filiam sæpe conspicatus, ejus indole & moribus mirificè delectabatur, ex more Salonius scriba Catonem aliquando in forum deducebat. Inter eundum *Cato, filiæ tuæ*, in-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
664/A

quit *Saloni maritum inveni, cujus nisi grandior ætas molesta sit, omnia scio tibi probatum iri.* Post eos sermones, qui talibus in rebus primo congressu haberi solent, Cato se illum senem esse profitetur, & ipsius filiam quantum in se est, uxorem accepturum pollicetur. Ea re Salonius admiratus filiæ suæ virtutem apud Catonem tantum pondus habuisse, ut humilimo loco natam in eam familiam ducturus esset, quæ Consularibus ac Triumphalibus imaginibus esset honestissima. Quid multa? filiam despondit. Id Marcus Cato filius, quo nemo vir melior, si patri credimus, natus est, nemo pietate præstantior, graviter tulit, veniam deprecatur si quid in patrem admisisset, cujus causa sibi novercam induceret. Eo collaudato mores illius virginis majorem in modum sibi placuisse respondit: *Nec ut tibi, fili*

charis-

hariſsime, novercam inducerem; ſed ut multos tui ſimiles liberos mihi ſuſciperem, & optimos Reipub. cives relinquerem, factum putes. Hac ratione Piſiſtratus adultis jam filiis ac bonis artibus inſtitutis uxorem ſingulari, ut dicitur, modeſtia præditam duxit, cum egregia filiorum pietas in procreandis reliquis quotidiè deſiderium ejus auxiſſet. M. Catonis quo nihil poteſt eſſe gravius, & Piſiſtrati judicio, quanti mores facere debeamus, perſpicuum eſt.

Plena eſt exemplorum id genus civitas noſtra, è quibus pauca connumeraſſe ſat erit. *Andreas Barbarus* hujus optimi ſenis noſtri Marci pater, ampliſſimus civis ac honeſtiſſimi ordinis Luciam Viariam uxorem cepit, cujus probitas ſibi perſpecta & cognita fecit, ut à ſcitis qui viſi ſũt neceſſariis domi convenerit, ipſemet verba facit, niſi ſecus ei videa-

tur ſibi nuptias ejus etiam ſi nulla rei pecuniariæ ratio habeatur acceptas fore. Itaque neglectis cæterarum opibus, ipſam ex moribus & bonitate conjugem deſumpſit. Ea res prudentiſſimi viri judicium minimè fefellit, ſiquidem ea cura, ea pietate privignos coluit, ut nihil æquabilius in re domeſtica, nihil tranquillius haberi poſſet.

Hunc Barbarum neceſſarium meum multis poſt annis vir clariſſimus, ac civis præſtantiſſimus *Iuſtus Contarinus* eſt imitatus. Certior enim factus de Franciſci Panthaleonis Barbi filiæ moderatione, pudore & pulchritudine ſingulari, patrem remotis arbitris primus alloquitur, ejus filiam ſibi magis atque magis complacitam eſſe declarat, hanc vel inopem ſummo ſtudio, ſi illi non ſit ingratum, conjugem optare. Quare Panthaleon vir tum clara familia,

tum

tum præcipua doctrina præstantissimus delectatus est, tempus deliberandi postulat, necessarios ex more frequentes cogit, summa rei exposita, quod fœlix, faustum, fortunatumque fuit omnium consensu, Justus ætate jam provectus nobilissima virgine, sed parva sanè cum dote (ita enim rei familiaris facultas postulabat) dignus judicatus est.

Fœlices nuptias appellarim, quæ splendore virtutis cupitæ, institutæ, summa fide ac gratia inviolatæ permanserunt. Nam ut hoc loci reliquas ejus laudes prætermittam, liberos prioris uxoris sic humaniter sic liberaliter tractavit, ut in quotidiana consuetudine multi privigni præter nomen in ipsa nihil unquam novercæ animadverterent. Ante omnia igitur, ut tibi quoque visum perspicio, *Laurenti charissime*, mores placeant uxoris, sine quibus in re

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
664/A

domeſtica quid ſperandum ſit non intelligo. *Ageſilaus* interrogatus quid facturi Lacedemonii victores eſſent, reſpondit: *Si prudentiſſimus Imperator rem gereret, id nos ad rem noſtram referamus.*

Quid rem familiarem componit, inſtruit, honeſtam reddit, niſi uxoris maximè diligentia, frugalitas, dignitas? Nec ſicuti princeps benè civitatem moderabitur, niſi publici juris, morum majorum, rei deniq; publicæ peritiſſimus ſit. Nec ex ſæva procella gubernator in portum navem reducet maritimæ artis ignarus. Nec auriga rei curulis imperitus corona donabitur. Sic nec rectè ſe habebit res ipſa domeſtica, niſi matrisfamilias præſtantia unicum cæteris exemplum ſit. Et quemadmodum in bello milites optimum ducem nacti locum ſibi commiſſum deſerere erubeſcunt, ita ſer-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
664/A

vi & ancillæ eam partem rei familiaris, cujus custodiam eis casta & prudens matrona crediderit, non deserunt.

Plato gravissimus Philosophus in iis libris, quos divinitus de Republica scripsit, instituit, ut præstantibus non ambitiosis civibus Magistratus tribuantur: prospiciebat enim brevi paucos admodum decertaturos esse, si coronæ nobilitate non benè merentes, sed cupidi pugiles donarentur. Quare publicam mercedem Magistratibus ipse proposuit, ne rei familiaris incommodo ac officio Reipublicæ retraherentur. Sic nos in uxore prudentiam tanti faciemus, ut si fortunæ nostræ patiantur, vel uxoriam pecuniam negligamus, vel ultro tenuitati ei cōferamus, ut domesticam laudem, ac pacem comparemus. Hæc ipsa res profecto majorem nobis glo-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
664/A

riam afferret, quàm ſi unionibus & auro conjunx probitatis expers ornatiſſima ſit.

Jonia mulier quædam cum per jactantiam theſauros, & opes ſuas oſtentaret, ei Phocionis uxor Opes ait *ac theſaurus meus Phocion eſt, ſuis in patriam meritis, annos jam viginti Athenienſium princeps.* Eodem modo nobis uxoris dignitate gloriari licebit, & eos valere ſinemus, qui copiis & prædiis uxoris locupletati, innumeris moleſtiis objecti ſunt. Caduca hæc, ſuperiora illa firma & ſtabilia verè maritales animos devinciunt.

Philippus Alexandri pater, quem Theophraſtus fortuna & virtute primarium Regem appellat, mirum in modum Theſſalam mulierem adamabat, adeò ut illius amatoriis pharmacis occupatus diceretur. Quamobrem Olympias ſummam

dili-

diligentiam adhibuit, ut in ejus potestatem Thessala ipsa perveniret, quam cum intueretur forma modesta moribus ornatam: valeant, inquit, calumniæ malam in rem, tecum enim amoris incantus geris, & tuæ probitatis amœnitate condita pharmaca sunt.

Quid plura? ingenuè moratam uxorem capiemus, cujus frugalitas honori, commodis, voluptati conjuncta, à nobis colatur, diligatur, ametur.

CAPUT III.

De ætate uxoris ducendæ.

QUoniam dictum est de moribus uxoriis, quos, si recte fuerit educata facilè compararit, aut comparatura est; nunc de ætate, quæ à Zacharia meo & multis doctis viris tradita vel præcepta sunt, paucis exponam.

Sed

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
664/A

Sed illud admonendum prius existimo, ut virgo, non vidua; puella, non natu grandior eligatur: nam quæ necessaria & commoda sunt, facilius discet, & si qua vitia semel insederint, celerius eruentur. Mollibus enim ceris imagines facilè imprimimus, duris ac solidis impressas delere vix possumus. Teneras mentes, quibus volemus institutis effingere licebit, viduas tum suis, tum alienis moribus assuetas, ut ad nostram consuetudinem referamus, magno ingenio, elaborata industria, singulari cura ægrè impetrari potest. Nam quis sperabit vites initio sinuosas postmodum inveteratas dirigere? quis pueri stomachum Alexandrinis innutritum delitiis mutata vivendi ratione, continentissimi senis acturum vitam putabit? quis eum in senectute moratum futurum existimet, cujus in adolescentia, petulan-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
664/A

tulantiam, libidinem, audaciam, crudelitatem viderit? Ita viduæ ſi quo intolerabili morbo laborarint, vix ut convaleſcant, & ad noſtram vitæ rationem componantur, ſperandum. Quocirca præclarè Timotheus, tibicen ille nobiliſſimus, duplicem ab iis mercedem exigere ſolitus erat, quos anteà ab illius artis magiſtris inſtitutos recepiſſet, ac ſimplicem ab iis qui rudes ei traderentur. Nam ut hi docendi, ſic illi prius dedocendi, quàm erudiendi videbantur. Huc accedit illa ratio, quæ uſu probatur, & ex media natura repetitur. Ferunt etenim hi, qui reconditas rerum cauſſas rimantur, naturam ipſam quod optimum ſit intendere, eandem cum marem efficere nequeat, fœminam gignere, quæ illius applicatione & nobilitatur & perficitur. Ideò mulieres eos omnium maximè diligere,

qui-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
664/A

quibus primo congreſſu conjunctæ ſunt. Quorſum hæc? quia virgo mores facilius induet, ſuos depravatos exuet & vehementius amabit. Ad hæc viduarum matrimonium apud Romanos levitatis ac impudentiæ crimen vitare non poterat, apud quos etiam repudium conceſſum fuit, eas enim quas unico viro contentas cernerent, corona pudicitiæ donarunt. Nec ſua laude matronas defraudarunt, quæ animum ſuperiori viro dedicatum, etiam mortuo ſyncera fide incorrupteque ſervarent. Quis non eam intemperantiæ meritò damnaverit, cujus aviditas pluribus viris laſſari non potuit? quis non ſumma cum voluptate caſtam adhuc Didonem miretur: quæ, *Ille meos*, inquit, *primus qui me ſibi junxit, amores Abſtulit, ille habeat ſecum ſervetque ſepulchro?* Quod nemini mirum videri debet, cum cornices ac tur-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
664/A

turtures natura duce optima maritis vita functis castæ quodammodo viduæque perseverent. Longius expatiatus sum, dum viduarum connubia reprobo & incontinentiam accuso.

Redeamus igitur. Domesticæ paci conducet in primis, ut conjuges morum paritas & studiorum similitudo conjungant, vel conjunctos retineant. Hac ratione sapiens antiquitas una cum Venere Mercurium & Gratias & Obsequentiam in templis collocavit, quia ad uxorium munus ratio voluntatum, consensus, comitas, necessarium sibi locum vendicet.

De hinc quo tempore matura viro sit, & plenis jam nubilis annis dicendum. Hesiodus Poëta vetustissimus & *Xenophon* suavissimus Philosophus mulieri Quartumdecimum, viro Trigesimum annum addixerunt.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
664/A

runt. *Lycurgus* autem decimum octavum fœminis, maribus verò septimum & trigesimum constituit, futuris liberis id potissimum conducere ratus, in quibus generandis non tam multitudinis quam robustatis cogitationem habuisse videtur. In quo quidem loco patere me obsecro, *Laurenti lepidißime*, evagari liberius, quod tibi non injucundum futurum scio. Eam igitur ob rem statuit, ne cum uxoribus sui cives in iisdem cubiculis pernoctarent, sed interdiu cum illis clam miscerentur, ut à perpetuo, &, ut ita dicam, liberrimo coitu liberati diuturnæ salutis suæ curã agerent, & robustiora filiorũ corpora ederent. Prudentissimus n. vir, mortales ad blandam voluptatis libidinem proclives esse prospexit, à cujus illecebris magna ex parte suos tueri confisus est, si ne assiduè voluptate uti possent providisset.

disset. Eam ad rem multum contulit disciplina muliebris, plurimis namq; ludis, multis certaminibus effecit, ne vel otio, vel inertia matronalis dignitas in aliquod dedecus prolaberetur. Spartanis n. fœminis cursus, jaculationis, disciplinæ, palæstrę Gymnasiũ proposuit, ut ipsis frequenter exercitis liberi liberæq; radicitus robur ingenuũ consequerentur. Ipse quoq; declaravit ejus idcirco se legis ferundæ authorem fuisse, ut Spartanæ fortius pariendi laborem tolerarent, & si quando discrimẽ aliquod ingrueret pro filiis animose dimicarent. Auguror & conjecturo hosce nubendi annos ab eo definitos, ut quantum fieri posset sexus illius imbecillitas à voluptatis insidiis tutior esset. Quibus ex rebus factum est, ut Laconicæ cum in omni genere laudis tum pudicitia maximè excelluerunt, cujus rei gravissimo testi-

monio

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
664/A

monio eſt nobiliſſimum Lacedæmonis *Geradatæ reſponſum*, à quo cum Xentus quæſiſſet, qua pœna Lycurgi legibus mœchi plecterentur; de ipſis, *nullum à Lycurgo verbum factum eſſe* reſpondit, *quando penes nos mœchum neminem verſari conſtet, nec admireris Xente velim, cum apud nos delitiæ, opes, ornatus, & cætera voluptatis irritamenta vituperentur, frugalitas vero, modeſtia, & pudicitia ſatis laudari non poßint.* Quibus in legibus natæ educatæque Spartanæ non homines, ſed viros ſolæ videntur peperiſſe, quod Leonidis uxorem Gorgonem aſſeruiſſe ferunt. Nam cum quidam mariti hoſpes Lacedæmonas carperet, quod præter cæteras viris imperitarent, *fateor* inquit *Gorgon*, *nec injuria, quoniam ſolæ nos viros parturimus.* ſed hæc fortaſſe longiora, quam neceſſe eſt. Minimè nunc opus eſſe arbitror, ut harum ſententiarum utra

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
664/A

vera ſit, definitam ſententiam pro-
feramus. Magno profecto ſe judice
utraque tuetur. Nec enim (ut ſpe
deducor) à me deſideras, ut quaſi
quaſdam leges inevitabili neceſſita-
te conſtructas, de re uxoria Centu-
riatis, ut ajunt, comitiis feram. Sed
ea ſequar potiſſimum quæ vel diſci-
plina, vel uſu probata comperio. Ex
his tamen pleraque cauſis, tempori-
bus, occaſione mutari laudamus.
Conſilium enim & prudentia, quam
veteres uſus & memoriæ filiam eſſe
voluerunt; nobis neceſſaria ſunt.
Cum ergò de uxoris ætate dixeri-
mus, proximus locus nobilitati de-
ſtinatus eſt, quam paulò altius
repetemus.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
664/A

CAP. IV.

De uxoris ducendæ nobilitate.

VEllem, *Laurenti chariſſime*, res i-
pſa pateretur, ut quæcunque de
genere ipſo mihi in mentem veni-
unt, à me dici poſſent, uberius oſten-
derem profectò, ut opinor, imagi-
nes majorum pluris fieri debere
quàm teneat ea conſuetudo, quæ
quotidiè magis inveteraſcit. Pauca
tamen quæ longè utiliſſima & præ-
cipua videntur, in præſentia refere-
mus, reliqua fortaſſis aliquando la-
tius tractabimus.

Placet igitur hac in re, ut ab ipſa
natura incipiamus. Paſcuus, florens,
conſitus, & ſeminarius ager, magno
nobis argumento eſt, ut liberorum
cauſſa generoſis fœminis nuptia-
rum jure copulemur. In ſuos enim
ortus ſemina redeunt. Mirificas fru-
ges eſſe perſpicimus, quas optima

ſege

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
664/A

ſegetes pariunt. Scimus complura & præſtantiſſima quædam baccarum, nucum & fruticum genera, niſi propriis & nobilibus in locis nullo modo naſci. Quod ſi ad ignobilem migrarint agrum, ingenuos exuunt animos: pomaque degenerant ſuccos oblita priores. Egregii quoque ſurculi ſi vilioribus truncis inſiti ſint, deteriores fœtus parturiunt. Quod & ipſis hominibus accidere conſentaneum eſt, ut ex claris mulieribus longè illuſtriores natos expectent. Hinc præcipuè corporis & animi, ut in pleriſque filiis videmus, maternas imagines re cognoſcimus. Nec vero, magnum in generandis liberis ex muliere momentum afferri, dubium eſt. Nam ut nonnullis diligentiſſimis placuiſſe medicis video, *non niſi ex fœmina et femellarum procreatio.* Illud autem quam ampliſſimum, quod filios ex geni-

genitricibus jure civili ingenuita-
tem aſſequi cernimus. Etenim ut
Romanis legibus inſtitutum eſt, in-
genuos omnes eos appellari cõſtat,
qui ingenuis matribus, tametſi ſer-
vis patribus orti ſunt; quod & vo-
luiſſe Lyciorum Legiſlatores ani-
madvertimus, apud quos ſiqua ge-
neroſa mulier ſervo ignobili nupſe-
rit, ex ea tamen generoſi liberi na-
ſcuntur. Teſtes nobis & Poëtæ ſunt,
quibus authoribus Deo matre nati,
divinitate donati ſunt. Dies deficiet,
ſi ſingulos numerare voluerimus;
ſed Achilles, Æneas, Orpheus hac
potiſſimum ratione Dii putati ſunt.
Nec ad gignendum ſolum, ſed ad
educandum plurimum confert ma-
terna nobilitas. Quis eſt adeò re-
rum ignarus, ut in lucem editis, hanc
rem magnum pondus habere non
perſpiciat? Lectiſſimis enim jactis
ſeminibus, ut in ejuſdem generis ſi-
mili-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
664/A

ilitudine verſemur, niſi ingenio
nduſtriaque cultus ager ſit, multis
ncommodis obnoxios fructus red-
it. Clariſſimis fœminis nemo du-
itabit nihil antiquius eſſe, quam
t ſplendor parentum, liberorum
aritate magis atque magis illuſtre-
ur. Quibus niſi ratio diligens ad-
ibeatur, vitiis magis noti quam no-
iles genere videbuntur.

Ad hoc dignitas & amplitudo
ajorum ſæpè facit, ut maximis ho-
oribus poſteri digni ſint & habe-
ntur. Quoque propria etiam vir-
te nitantur, quibuſdam quaſi na-
ræ legibus addicti ſunt. In his e-
m niſi ſuorum virtus exprimatur,
aximis omnium contumeliis ſe
generes intelligunt. Et ut milites
ophæis aſſuetos priſtinæ gloriæ re-
rdatio ardentes & erectos horta-
r, ſic domeſticæ prædicationis
mmemoratio ſponte currentibus

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
664/A

calcār adjiciet. Claro loco natis facilis ad honores aditus eſt.

Quis dubitat eos (modo ne cæteris in rebus dignitate ſuperentur) viris humilibus cunctorum ſuffragiis anteferri? Quis non intelligit etſi meritis ſuis honore digni non ſunt, ſæpenumero digniſſimis hominibus majoribus ſuis multa conce- di ? Multos legimus qui pro patri- mori voluerunt, ut & officio ſuo ſatisfacerent, & ampliſſimum patrimonium filiis ſuis memoria ſui nominis relinquerent. Athenis enim eorum liberi publicè nutriebantur qui patriæ cauſſa defuncti eſſent. Romæ mortuis in legatione, ſi munus illud mortem attuliſſet, ſtatu- pedeſtris in foro decernebatur, u- honeſtæ mortis monumentum e- ſet, & filios ſuos in perpetuum ho- neſtarent. Apud nos ſi difficilib- & periculoſis noſtræ Reipublic-

ten-

mporibus aliquorum egregia vo-
ntas, opera, vigilantia, perſpicitur,
o cujuſque meritis vel copiis vel
ibus vel honore, non eis ſolum,
d & natis & ſuis acceptum refer-
r. Quibuſdam civitas & honeſtiſ-
nus locus Civitatis datur. Hæc ea
tione dicta ſunt, ut conſtaret pa-
ntes liberis uſui & ornamento
re.

Nec de patribus tantum, ſed & de
tribus dictum intelligas velim,
arum virtus & merita plurimam
ud poſteros gratiam ſæpè filiis at-
erunt. Multis enim ignobilitatis
fortunium adverſum adeò fuit,
nec clauſtra nobilitatis irrumpe-
nec ex tenebris majorum in lu-
m prodire potuerint. Novis enim
minibus livor ſemper objectus
. Canes ut in veteri proverbio eſt
m in alienos à tergo, à fronte, à
eribus aſperi latrent ac ſæviant,

Itaque generoſas uxores quem admodum à te, *Laurenti*, rectiſſim factum eſt, accipiemus, ut jucun dior noſtra ſocietas ſit, & ut natur & educatione nobiliores liberos a ſecuti, domeſticis exemplis ad glo riam erectos cumulatius honore & potentia muniamus. Nam quibu inſignes orti ſunt, memores vigila bunt, cogitabunt ſemper, aderun animo, ut dignitatem quàm non patre ſolum, ſed etiam à matre ha buere, poſteris verò velut hæredita tem piè integréque reſtituant.

CAP. V.

De forma mulieris ducendæ.

IAm hic nobis inchoanda eſt ill pars ex qua initium conſilii cap re ſolent, qui ſuperiora illa omiſ runt. Sequitur enim ut de forma d camus, quæ magnitudine corpori

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
664/A

rinium, oculorum, vultus, cervicis, manuum decore maximè, ut multis placet, continetur. Parvæ ſtaturæ fœminas, etſi reliqua compoſitio corporis adjuncta ſit, pellicis magis officio quam uxoris idoneas eſſe exiſtimo, voluptati enim potius quam dignitati procreandæ prolis accommodari videntur. Unde Ephori Lacedæmone *Archidamum* regem gravi pecunia mulctaverunt, cum exigui corporis uxorem accepiſſet, quod liberos, non Reges relictum iri cogitaſſet.

Et ne cæteris in partibus prolixa nimis fiat oratio, tanta crinibus in homine gratia eſt, ut ſatis Homero ſit Helenam ſuam vel ab hac una capillorum decentia *formoſam* ſæpiſſimè appellare. Nonne & Maro noſter cum ſapientem deſcribat virum, & formoſum brevibus efficeret, hanc pulchritudinis partem adjecit,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
664/A

dicens, *Os humerosque Deo similis, namque ipsa decoram Cæsariem nato genitrix, lumenque juventæ Purpureum, & lætos oculis afflavit honores.* Crede mihi, *Laurenti*, si Mars detonsam aspexisset Venerem, ardor ille, quo bellicosissimus Deus afficiebatur, protinus evanuisset, adeò ut nunquam Vulcani artibus irretitus esset.

Huic de qua loquor venustati quidam civis tuus, quem honoris causa non nomino, vel solas vel maximas in uxore partes attribuit. Hanc ego autem rem quemadmodum laude sua non fraudaverim, sic ipsi summa quæque non concesserim. Cujus ea profectò vis est, ut omnium gentium victores vicerit & vincat. Jupiter ipse Poëtarum suffragiis designatus pater hominum atque Deorum, imbrem, cygnum, & multifariam sæpè faciem induit, ut ea qua superatus erat, pulchritudine

dine frueretur. De reliquis autem taceo quos ſibi Deos gentilitas fecit, de quibus, ut author eſt Anacreon, puer ille cæcus triumphat. Plurimos ſola formæ excellentia creditos immortales, nobis teſtis antiquitas eſt. Ad hoc Paris ipſe Aſiæ imperiũ, bellorũ victoriam contempſit, ut Helenam quam formoſiſſimã eſſe acceperat aſſequeretur, cum Junonem, Minervam, Venerem, Deas arbitratu ſuo præſtantiſſimas ſummo ſtudio de venuſtatis dignitate certantes intueretur. Maximum item & pulcherrimum eſt, ſpeciem ipſam divinum quiddam & magnis honoribus digniſſimum videri. Quis eſt adeò humanitatis expers, ut eum venuſtas ipſa non afficiat? Formoſos cuncti quodammodo diligunt, dignos credunt imperio, eiſque libentius obſequuntur. Non abs re igitur prudentiſſimus vates ille Vergilius:

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
664/A

Gratior inquit, *& pulchro veniens in corpore virtus Adjuvat.* Quamvis enim melior virtus non ſit, neſcio tamen quo pacto acceptior eſt. Fortes, ſapientes, juſtos, ſi deformes ſint, magis multitudo veretur quam diligat. Unde lepide *Plato* Xenocratem in quo ſingularis corporis deformitas erat, monere ſolitus eſt, ut gratiis ſæpe ſacra faceret. Ejus enim ſapientia membrorum turpitudini conjuncta, plurimis ingrata, non multis admodum per ſe chara fuit. Sed quorſum hæc tam multa? ut cum formoſis uxoribus vivere malimus, pro quibus multi mori voluerunt. Nec id ad voluptatem revoco, quæ ab animo magno & gravi ſicut fluctus à ſaxo repellitur, ſed ad liberorū procreationem, & jucundam vitæ utriuſque ſocietatem, referendum cenſeo. Declaravit id ſapienter apud Vergilium, Juno cum vel ſpe bene-

beneficii hunc in modum Æolo perſuadere contendit. *Sunt mihi bis ſeptem præſtanti corpore nymphæ, Quarum quæ forma pulcherrima Deiopejam Connubio jungam ſtabili propriamque dicabo, Omnes ut tecum meritis pro talibus annos Exigat, & pulchra faciat te prole parentem.* Quo in loco cujus rei cauſſa formoſas conjuges magni facere debeamus, niſi ſurdo narratur fabula, facilè perſpici poteſt. Sentio me dicendi ſtudio longius expatiari quam fortè res ipſa poſtularet, quare pedem refero, & ad inſtitutum noſtrum jam propius accedo.

Quamvis à me tam multa de forma ſuperius ſcripta ſunt, ita tamen accipi velim, ut ſi cum moribus ingenuis & reliquis adminiculis adjuncta ſit, maximi faciam; ab his verò ſejunctam, nullo pacto laudaverim. Nam ſicut ex paleis facile ignis accenditur, facileque niſi diutius

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
664/A

duratura fomenta ſubminiſtrentur, evaneſcit; ſic amor inter virum & uxorem ſpecie corporis excitus, niſi laus ingenii, morum compoſitio, vitæ ſanctimonia ſonuerit, paulò poſt extinguitur. *Olympiadi* cum renuntiatum eſſet unum ex regiis familiaribus uxorem duxiſſe, quæ viſa pulcherrima minus proſperæ famæ dicebatur. *Hic* ait *adoleſcens ſi cum providentibus viris majoribus ſuis ſæpius quam ipſe ſecum locutus eſſet, oculis profecto uxorem non cepiſſet.* Hæc enim formæ gratia, niſi ſolida ſecum & expreſſa ſit ſignificatio probitatis, nulla laude, nulla memoria digna eſt: quod non obſcurè ſummus Philoſophus & vates Homerus oſtendit, apud quem Nireus excepto duntaxat Achille omnium Græcorũ pulcherrimus, poſtquam una cum cæteris ab eo Aulidem veniſſe ſemel decantatus eſt, nullo deinceps loco memo-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
664/A

memoratur. Nullas profecto ad Trojam partes virtutis tulit, cujus propria merces est gloria, qua semideos illos in perpetuum donare constituerat.

Nec verò tantum in uxores, sed etiam in pellices gratiam sola tueri species potest. Qua quidem in re venit mihi nunc *Philippi*, Patavini hominis, in mentem. Hic locupleti patre natus, nec ignobili, meretricem egregia forma deperibat, à cujus amoribus patris authoritate ac benevolentia sejungi non poterat. Hæc ubi pater animadvertit magno cum famæ periculo filio gravi morbo laboranti mederi statuit. Mercenarium illud scortum Veneri dicatum redimit, domi suæ apud filium retinet, pernoctatur, coitur, & aliquot dies ea titillatione sensuum potitus est perditus adolescens, quam summum & solum bonum

esse

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
664/A

esse sibi persuaserat. Paulò post ubi saturitate libido deferbuit, & eum licentiori copia fastidium cœpit, quod in ea tantopere adamare consueverat, aspernatur, paulatimque convalescit adolescens, & agresti & furiosa ægritudine patris cura liberatus est. Quid in uxore futurum judicamus si quam dignitas & vitæ decentis societas conciliare debuit, sola pulchritudo devinxerit? Profectò non alium sperare debeamus exitum, quam Menelaus sortitus sit in Helena, aut (si ad fabulas respicimus) Vulcanus in Venere, aut Minos in Pasiphae, aut Theseus in Phedra, aut (ut ad nostros convertar) Claudius Cæsar in Messalina.

Sed quid ego pluribus hæc tamdiu, quasi de re obscura disputo, uxores pulchras diligemus, si cæteris in rebus responderint, ut nobis

jucun-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
664/A

iucundæ, nostris honestæ, & commodæ nuptiæ sint.

Cap. VI,

De uxoris ducendæ divitiis.

DE moribus, ætate, genere, forma, mediocriter mihi dixisse videor. Deinceps ut erat propositum de divitiis quæ in uxore deligenda reliqua pars est, pauca quæ ad hanc rem non inutilia visa sunt, dicemus.

Quando igitur omnia prosequimur, quæ ad decus & honestatem rei uxoriæ, & ad commoda vitæ, copias, opes, facultates pertinent, dignitatis & utilitatis adhibenda diligentia est, quarum fructus sunt gratitudo, liberalitas, magnificentia. In quibus profectò virtutis est splendor maximus. Quamvis pro animi voluntate grati, benefici simus, tamen quemadmodum & Impera-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
664/A

peratores, Oratores, Medici, magna laude digni non videbimur, nisi rebus ipsis cogitata nostra declarabimus.

Quare multas ad res perutiles sunt opes. Nam & cuique pro dignitate tribuere nobis licet, & in proximos & benevolentia conjunctissimos plurimum conferre poterimus, unde opibus, ope, gratia, eorum in quos liberales fuerimus, liberos nostros muniemus. Parentes enim in filiis observantur ac diliguntur. Nullum quoque officium referenda gratia videri debet antiquius, à qua, quicunque volens defecerit, in ipsum Deum immortalem, in patriam, in parentes, in necessarios, in benevolos impius sit necesse est. In omnes denique delinquit, quorum beneficentia devinctus eis nec habet gratiam, nec refert. Unde præclare Persarum legibus ingrati gra-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
664/A

viſſimis pœnis plectuntur. Nam ut
refert *Herodotus*, ſummum apud eos
vitium eſt *mentiri*, proximum verò
debere. Quid ni? Ipſis recte perſua-
ſum eſt, eum quem alteri debere
non ſuppudeat, & ſæpè multis in
rebus contra officium boni viri er-
rare hunc ac fallere, & mentiri ſæ-
piſſimè. Opes itaque hunc in mo-
dum magni facere debemus, quæ ſi
minus nobis neceſſariæ ſunt, earum
tamen uſus honeſtiſſimus in ami-
cos, & in omne genus hominum la-
tiſſimè patet. Alexander *Phocioni*
ſummo viro magnum auri pondus
dono miſit, ſeverus & conſtantiſſi-
mus homo munus ipſum recuſavit,
quod ea ſibi pecunia opus non eſſet.
Poſtea rogatus eſt, an nullos habe-
ret, quos ſibi ſtudiorum honeſtiſſi-
morum ſocietas & ſimilitudo vitæ
conjunxiſſet? in eos ut beneficus fo-
ret & liberalis æquiſſimum eſſe. Sed
quid

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
664/A

quid de te Phocion conſtitueris, tu videris. *Alexandro* vero vix incredibiles opes *Darii* ſufficiunt, dum fortunis eorum, quorum ſibi dignitas chara eſt, liberaliſſimè ſubvenit. Hoc maximo adjumento filiis erit ut quod antiquiſſimum eſſe debet, egregiis ſtudiis, & artibus ingenui adoleſcentes inſtrui & erudiri poſſint. Quibus rebus præditi, ſpectatiſſimis hominibus parentibus ſuis digni liberi ſint, & majores ſuos illuſtriores reddant. Quæ quum ita ſint, facultatum ratio diligens habenda eſt, ne noſtris invidis & uſui, & ſplendori noſtro malè conſuluiſſe judicemur & cenſeamur.

Cæterum quemadmodum, ſi cum aqua vinum miſceatur, & ſi major aquæ quam vini pars & portio ſit, vinum tamen nuncupamus, ita divitias & copias viri, non uxoris appellabimus, etiam ſi plures ac di-

gnio-

gniores partes fœminæ contulerint, quamquam non qui plurima attulerit, ſed qui rem familiarem meliorem fecerit, intereſſe cenſeam.

Ad hæc ſicut Phyſicis placet, ut bene valeamus per omnis corporis partes diſpergatur humiditas neceſſe eſt, eodem modo qui connubio funguntur præcipimus, ut non pecunias (de quibus loquimur) ſed animos & amicos & neceſſarios communes inter ſe commiſceant. Quamobrem Romanis legibus inſtitutum eſt, ne vir & uxor ulla munera invicem ſuſciperent, ut proprium nihil, cæterum inter ſe communia cuncta cognoſcerent, quo majore cura, diligentia, fide, res domeſtica tractaretur. *Dionis* illud ad Dionyſium verum eſt. *Nemo non ſuis in rebus quam alienis diligentior eſt.* Unde ſapienter Principes moneri ſolent, ut urbes, domos ſuas; cives, filios,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
664/A

filios, ſe patrefamilias eſſe in animum inducant, ut cura, conſilio, induſtria, vigilantia, rerum quibus præſint ſaluti & fortunæ conſulant, & quam beatiſſimos eſſe velint.

Sed de his hactenus. Vellem in id tempus ætas noſtra incidiſſet, quo docenda, non dedocenda inventus eſſet, ut copias & pecunias in re uxoria non magni æſtimaret, optimè profectò ſocietas hominum conjunctioque ſervaretur. Sed à pueris plurimi ad inanem ſpem quæſtus ſic imbuti, ſic inſtituti ſunt, ut quantum labore & periculis eniti atque efficere poſſunt, nihil prætermittant quod ad hanc illiberalem aviditatem ſuam pertinere credant. Quocirca temporis noſtri juventutem non incitare nec inflammare, ut in uxoribus opes magnifaciant, ſed potius hortari ſtatui, ut ſi facultates patiantur, hac de re poſt o-

mnia

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
664/A

omnia velut & ego ſcripſi, ſic ipſi deliberent.

Vereor ne pleriſque ſim moleſtus; ſed tamen dicendum, quod ſentio. Satis eos vituperare non poſſum, qui quo locupletiores ſint, eo uxores ſtudioſius diligunt, quibus nihil minus quam uxoris officium ineſt. Quemadmodum enim ſpecula auro atque margaritis elaborata, nulli nobis uſui ſunt, niſi ſimillimum ſimulacrum referant, ita divitias uxoris inutiles prorſus exiſtimo, niſi ea mariti diſciplinæ imaginem, facilitatem inopia reddiderit. Laudatur *Alexander* quod Barſinem ex qua Herculem genuit Artabazi regia ſtirpe nati filiam modeſtam, literis græcis eruditam, quamvis inopem, in uxorem, ut nonnulli tradunt, cepit, quum filiæ Darii nuptias, & infinitum pondus auri magno animo contempſiſſet. Inventi

multi

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
664/A

multi ſunt, & Principes & privati, qui cum cæteris in rebus, tum in deſpicientia pecuniæ uxoriæ magni fuerunt & habiti ſunt, quorum laudibus quaſi ſtellis ſplendet hiſtoria. Sed ſuperiores illos nulla prædiorum, nulla villarum, nulla precioſæ ſupellectilis habere ſaties poteſt. Et in multis opibus inopes ſunt; fortunatiores, non digniores nuptias appetunt. Ac velut artis equeſtris imperiti ſplendidis habenis equos, & rei militaris ignari galeas auro, & indocti depravatos libros ornatiſſimis umbilicis non uſu, duricie, fide, plurimi faciunt, ſic plerique uxores plenis loculis optant. Eas recte ſuperbis ſepulchris conferre ſolet doctiſſimus ac ſuaviſſimus *Guarinus* meus. Illis enim, quum ſplendidiſſima facies variis ornamentis conjuncta ſit, intus nulla dignitas, ſumma turpitudo, fœtor, & inquilinus,

q: pleraque quæ niſi mortui facere on poſſunt.

Æſopus antiquiſſimus è Phrygia riptor, cujus in fabula ſingularis ravitas pari comitati adjungitur, ac in re nobis lepidiſſime velle onſulere quodammodo profiteur, apud quem vulpes, muſici cujuſam officinam ingreſſa, lyram comerit, cujus extrema pars hominis aput erat, ingenio, arte, induſtria, emmis, auro mirum in modum faricata, quam cum ſenſim demiraetur, *Fortunatum*, (inquit) *hoc caput, rebro tamen vacuum eſt.* Sic ditiſſinis mulieribus dicere poterimus, iſi uxorio ſatis officio facere idoeæ ſint.

Temerarins ille Paris ditiſſimam abuit Helenam. Prudentiſſimus Ilyſſes pudicam Penelopem cepit, qua ſui temporis nulla caſtior fuit, nulla modeſtior. Hujus nuptias miratur

ratur antiquitas, diligit, & in cœlum effert laudibus. Contra illius conjugium gravissimis ignominiis ac memoriam posteritatis notavit, utpote quæ Asiæ flamma, vastitas, pestis ac pernicies fuisset. Id evenisse liquet, quum suæ libidinis administras & opes quærit. Quocirca prudenter *Lycurgus* instituit sine dotibus uxores collocari, ut nec inopiæ innuptæ Spartanæ forent, nec copiis nuberent. Sic enim virtutem non divitias in uxoribus à Spartanis quæsitum iri, & in comparanda probitate longè studiosiores fœminas fore prospexerat. Quod ut facilius efficeretur, priores illi semidei quasi in quadam specula constituti, ut quam longissimè imposterum providerent, statuerunt, non (ut hac ætate) dotem viris uxores, sed viros uxoribus antiphernen tribuere, ne mariti ipsarum fortunis immine-

rent,

ent, ſed quibus ſe, liberoſque, ſua-
ue omnia· communicaturi eſſent,
iligentius perpenderent. Hoc ſu-
erius inſtitutum, niſi conſuetudo
obis mentes invertiſſet, & delitiæ
os ſenſim molles reddidiſsẽt, revo-
andum, non ulterius antiquandum
enſeremus. Si enim agros & admi-
iſtrorum operam pretio conduci-
nus, ut iis qui nobis commodi ſunt,
iciſſim emolumentum impertia-
nus, cur non idem in uxore facien-
um judicabimus, ex qua tam ne-
eſſarios, tam ſuaves fructus expe-
tamus? Sed niſi prius à voluptati-
us blandiſſimis dominis liberi ſi-
nus, & precioſa ſtragula, veſtes, lu-
urioſo homine digna, & reliqua
rofecto minimè neceſſaria, neceſ-
tas, & cupiditas iſta terminis nul-
s contenta, ſublata ſit, nunquam
odeſte ac liberè de uxore delibe-
bimus. Quod cum exploratiſſi-

mum ſit, hoc loco nolo nimis multus eſſe.

Colligat igitur ſe juventus noſtra, & de nuptiis cautius quam avidius, vel tuo exemplo conſulat, ne ſpe lucri, vel conſequendi quæſtus gratia, dotis ſe mancipium faciens incendium domeſticum incitet; quod confeſtim reſtinguere non poſſit. Uxores itaque ſi me authore, quod ſibi ac ſuis conducat facere voluerint, virtute, ætate, forma, fortunis, præditas, eligant. Ex quibus ſi qua in diſceptationem venerint quid præferri conveniat jam explicabimus, ſi prius, quod optimum ſimul & neceſſarium videtur paullulum quædam confutaverimus.

CAP.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
664/A

CAPUT VII.

De temporis & aliarum rerum momento ad mutanda consilia.

FOrtaſſe quid agis, dixerit quiſpiam? tu cum de habendo delectu uxoris præcepta daturum te receperis, poſtmodum tenues & humiles ſic omittis, ut ſolos fortunatiſſimos inſtituas. Huic reſponderi facilè poteſt: maximè vellem, breves hos commentariolos noſtros omnibus communes & utiles fore; ſed ſi qui noſtris conſiliis, vel generis infortunio, vel inopia uti nequiverint, fortunæ ſuæ non præceptis noſtris ſuccenſeant. Ad inſtitutum igitur redeamus.

Videre videor aliquos, qui ut omnes eæ partes quas in primis ſpectari oportere diſputavi, concurrant, optandum potius quam ſperandum fore contendent. Quocirca

circa hanc à me comparationem, nunc introduci vehementius expetent. Nec enim omnes *Laurentios* esse quibuscum & animi & corporis, & fortunæ dotibus præstantissimi sint, uxores ex omni numero, ex omni ordine offeruntur. His autem per ea, quæ supra dicta sunt, satis respondisse mihi persuaseram, cùm quid pluris facerem, priore loco disseruissem, cæteraquedeinceps. Incidunt tamen sæpenumero multæ caussæ, vel temporis, vel necessitatis, vel occasionis, quibus ut doctis hominibus placet præcepta mutare concedimus. Tempus enim, ut Colmidem sapienter *Pericles* admonuit, prudentissimum consultum consulere debemus. Nam quemadmodum proci Penelopes cum illius congressum desperarent ipsius ancillis libenter ac studiose miscebantur, sic, si præstantissima

e

ex omni parte habere nequiverimus, quibus poterimus pro noſtra dignitate utemur. Nec enim par eſt, ut puellos imitemur, qui parentum calceos magno riſu ſpectantibus, ſibi devinciunt, ita ridiculi mente videbuntur, qui tenues & abjecti magno ſtudio quærunt uxores, in quibus omnis ratio, perfectæ & conſummatæ laudis invenitur. Eos igitur monere non deſino, ne Camelis Æſopiis cum omni deriſione ſimiles ſint. Illis, cum in concilio belluarum cervina cornua concupiſcerent, aures prope ſublatæ ſunt, ut documento eſſent, quæ finibus ſuis contentæ permanerent. Itaque pro viribus noſtri juvenes conjuges ſument. Satis ipſos alienæ commonefacere clades poſſunt. Caveant, ne ipſi aliis exemplo ſint. Quare vetus illud verbum, cum multas ad res perutile, tum ad hanc maxime ſalu-

tare judicamus. *Pares paribus optimè convenìunt.* Quid enim æquabilius? quid commodius? quid facilius? quam æqualem ſibi mulierem aſciſcere? Iis vero minime aſſentior, quibus nihil æquius apparet, quam inæquabilitas ipſa.

Poſt hæc morum ratio habenda eſt, quibus primas partes, hac in re ſemper tribuimus. Nam & ſi cætera præter virtutem, vel bonos ad mores aptitudinem, genius ſuus conceſſerit, non propterea magnoperè laudaverim. Demoſthenes ſummus orator, quid primum eſſet in eloquentia rogatus, *Pronunciatio*, reſpondit. Hanc & ſecundo loco & tertio conſtituit, ut facilè declararit in primis ei ad perſuadendum palmam concedi. Accedit eodem gravis teſtis Hortenſius, qui cæteris in rebus multis inferior, hac propemodum omnes orando ſuperare credi-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
664/A

tus eſt. Quod Demoſthenes in oratoria pronunciatione, nos in re uxoria ipſi virtuti tribuamus.

Unde mores, quos primo loco poſuimus omniũ maximè animadvertemus, quoniam ſine his nuptiæ recte probari non poſſunt. In quibus ante omnia obſequium, facilitas, comitas conſiderabitur, ne offenſiunculis, ne repudiis, ne viriplacæ denique Deæ locus ſit. Romanus quidã uxorem nobilẽ, divitem, ſpecioſam, repudiavit, qua ex re ſingularis fuit omniũ admiratio & querela, quibus cũ probari judicium ſuum vellet, ipſe calceo, *Hic* inquit, *& viſu pulcher & novus eſt, ubi vero me comprimat nulli præter me compertum eſt.*

Dotem igitur ſtirpem & formam, mariti non tanti quanti virtutem & facilitatem morum in uxore faciant velim, cui voluntate viri nihil charius ſit. Si vero nobilitate

probatos mores virgo tuebitur, minus venuſtatis gratiam deſiderabimus.

Adoleſcentes Socrates, ut ſe in ſpeculo intuerentur, hortabatur, ita enim ſi deformes ſe conſpicerent, probitate pulchri & accepti redderentur; ſin formoſi, caverent ne naturæ munus ſuis flagitiis labefactarent. Ita & ſponſi agant perſuadeo, ſi minus formoſas nacti ſunt, ætate, pudicitia, nobilitate, ſine controverſia pulchræ ſatis eis cenſeantur, pedibus eant in ſententiam Gorgiæ, cujus ex authoritate conjugis gloria, non fortunæ gratia cognoſci debet; ſin & venuſtæ ſint, chariores habeant. Si cæteris excellant, humiles verò, vel parum locupletes ſint, Agamemnonis præſtantiſſimi regis exemplo nuptias non improbabunt. Hic enim Chryſeidem captivam natæ Jovis Clytemne-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
664/A

temnestræ anteposuit, cum statura, vultu, prudentia, multis artibus denique superiorem judicaret.

Quisquis cumulandis opibus inhiat, à via deflexisse se cognoscat, & melius apud se bonas quam fortunatas collocari mulieres existimet. Testimonio nobis *Themistocles* erit, qui ex patre quodam consultus, utrum bono viro, sed inopi, an parum probo, sed locupleti unicam filiam nuptui daret. Respondit, *longe malim generum tibi qui copiis indigeat, quam copias quæ viro.* Quod de viris princeps ille Græciæ, nos de uxoribus præcipiamus. Æquum enim est, ut uxores nobis, non divitias in uxores deligamus.

Quamobrem Ephoris judicibus ii Lacedæmonii optimo jure pœnas dederunt, qui Lysandri filias eo superstite conjuges se recepturos promiserant, sed postea vita functo

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
664/A

recuſabant. Nam cum divites co-
luiſſent, inopes quamvis bene in-
ſtitutas contemnere minimè diſſi-
mulabant. Quid plura? Summa
meæ cogitationis eſt dandam ope-
ram, ut iis fœminis conjungamur,
quæ omnibus numeris honeſtæ,
charæ, & jucundæ ſint. Si res autem
in contentionem veniet, occupati
ſimus, ut nobis in ſingulis pro cu-
juſque dignitate conſulamus, & ve-
lut Automedonti & cæteris æquo-
rum magiſtris placuit, egregios &
bonos equos appellamus, in quibus
plura probari, quam vituperari poſ-
ſint, ſic eas fœminas uxoria laude
dignas cenſemus, in quibus vel plu-
ra vel prima ex his quæ diximus re-
cognoſcimus.

Nec imponam tantum oneris æ-
tatis noſtræ præſertim hominibus,
arduum enim & pene infinitum eſ-
ſet, ut quamvis velim & cupiam,
non

non tamen omnia requirent, ſed virtutem potiſſimum exquirent, & cum ea quæcunque aſſequi poſſe confident. De quibus longius dicendum eſſe non arbitror. Reliqua enim communia ſunt, & ingenio & prudentia facilè in promptu erunt.

CAPUT VIII.

De munere uxorio.

RESTAT, ut dicam de munere uxorio, in quo ſic omnia plena lætitiæ, plena ſuavitatis, plena decoris, & ex omni parte ſcitu pulcherrima ſunt, ut dicendi impetu correptus unum quod maxime ſcribendum fuit, quaſi prætermiſerim. De ipſis certe nuptiis priuſquam ad alteram partem veniam, pauca percurram, quæ jam obſoleta, & quaſi obliterata ex monumentis antiquitatis eruam. Rei enim, de qua nunc agimus,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
664/A

mus, conducet plurimum, ſi circumſpiciamus mentibus noſtris, quid veteres illi ſapientes de pompa & ſplendore nuptiarum ſenſerunt, quos vel hac in re magna ex parte videmur imitari, de quibus multa ſcite præcepta ſunt, & plura præcipi poſſunt, quorum ratio negligenda non eſt; quia quum maximæ rei ſigna ſint, nullo modo temerè credimus inſtituta. Ne quis igitur in his commentariis à me fortaſſe requirat, quo pacto delectam uxorem traducat, brevia quædam ex vetuſtiſſimis annalibus ſumpta ſubjungam.

A Deo capere principium ſtatuo, à quo ratio doctis, neceſſitas Barbaris, mos gentibus, & ipſa natura incipiendum eſſe quodammodo præſcripſit. Initio igitur ſacra præcipua quadam cura veteres factitabant, ut ipſe Deus illius ſanctiſſimi fœderis aper-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
664/A

apertius & ſignificantius teſtis eſſet. Quo in loco, ut apud nos *Deus immortalis*, & Athænis *Hymenæus*, ita Romæ *Thalaßius* ut bonum, fœlix, fauſtum, fortunatumq; conjugium foret, invocabatur. Thalaſſius enim gratioſus adoleſcens & inter chariſſimos Romuli commilitones bellicæ laudis gloria excellens in deſiderio, in ſermone, in ore omnium fuit. Huic inter rapiendum Sabinas lectiſſima virgo quædam, quæ cum ſuo nomine aſſervaretur, ab ignaris propè ſociis direpta eſt. At eam Thalaſſii gratioſa & popularis commemoratio ab imminenti periculo liberavit, cum qua cum illi fœlix matrimonium fuiſſet, ejus in nuptiis invocandi mos introductus eſt.

Hujus itaque fœderis, ut undè diſceſſit revertatur oratio, tanta vis eſt, tanta conjunctio, ut illuſtris illa in parentes pietas iſtius ſplendore neceſ-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
664/A

neceſſitudinis obſcuretur. Licet enim marito cum majorum tum noſtræ religionis authoritate mentis oculos præ conjugis charitate perſtringere adeò, ut cæteris prætermiſſis eam colat, eam diligat, eam ſequatur.

Accedit eodem graviſſimus teſtis Homerus, apud quem Hector cum parentum, fratrum, patriæ denique cineres forti animo laturus ſit, Andromaches uxoris benè merentis futuros caſus cogitans ferre non poteſt. Hac in re Barbarus heros ille fortiſſimus ſic lenis, ſic mollis eſt, ut prorſus alter à ſe factus cenſeatur. Erectus enim rerum geſtarum gloria, nihil de ſuo, multa de uxoris eventu anxius, gemens, ſuſpirans queritur. Itaque ne ſim longior hoc uno contenti erimus, crebra ſiquidem & longe plura quam vellem ubique gentium hujuſce rei exem-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
664/A

exempla, quæ præter dignitatem ſæpe conflata authores multis impietatis maculis aſpergunt. Omitto nunc coronas quibus & ſponſa & poſtes inſigniri ſolent. Prætereo nunc ſtragulum & reliquos apparatus quos ut hac in re non improbo ſic ad magnificentiam accommodari judico.

Tenuit conſuetudo annulis aureis eos uxoris digitos ornari, qui minimis ſiniſtræ manus proximi ſunt, unde & annulares appellari creditum eſt, ut ſummæ erga virum benevolentiæ perpetuum monumentum in oculis eſſet. Ex illis enim digitis, ut quidam authores ferunt, ad cor nervi quidam ſingulares protenduntur. Ante ſponſam aquam & ignem deferri, & ab ea utrumque tangi mos fuit, ut uxor eſſe potiſſimum propagandæ ſobolis cauſa manifeſtaretur. Nam ſicut calor & humi-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
664/A

humiditas quæ illis in elementis excellunt, generationis causa sunt, sic maris & fœminæ conjunctio maximè ad generandum prolem introducta est. Cavere solent sponsæ, ne mariti limen pedibus attingant, sed translatæ introeant , ut declarent non sua sponte, sed quodammodo ut coactas sollicitum pudorem amittere. Qua ex re apud priscos illos cum certis diebus tum verò Calendis omnibus, quæ Jano dedicatæ sunt , virgines duci religio fuit; eo quod eis vis quodammodo fieri videretur, quod tunc piaculare fuerat, hoc tamen tempore viduas nubere nulla religio vetuit. Quoniam ut author est Verrius Flaccus feriis fossas tergere , veteres liceat , novas facere non liceat.

Limen quoque Jano gentilis error addixit , qui ne primo accessu quasi calcari & negligi videretur in

limen

limen attolli non procedere moris erat. Feſtis etiam diebus quibus Lupercalibus, vel Megalenſibus, vel Circenſibus ludis, vel alterius ſpectaculi gratia populus frequens teneretur, virgines nuptum ire non licebat: id autem viduis conceſſum fuit. Sunt qui putant hoc ea præcipua ratione inſtitutum, ut eos dies virgines obſervarent, haud immemores quod ludorum die Sabinæ raptæ ſunt. Quæ res plurimam ſecum traxit turpitudinem, & gravis & periculoſi belli principium fuit. At viduis aut quibus repudium datum eſt minimè prohibitum, magna enim erubeſcendi cauſa dempta videbatur, ſi prioribus aut mortuis, aut ſuperſtitibus maritis dum nuptias celebrarent univerſus intentus theatro populus abeſſet.

Nuptiis ſi per facultates noſtras licebit, ſplendorem adeſſe conveniet,

niet, nec hac eas laudis parte fraudemus; Epulas enim & gladiatorum ludos & popularium munerum apparatus multi clari viri laudaverunt, in quibus adeo Theophraſtus occupatus eſt, ut hujuſcemodi ſumptus qui ad occupandam multitudinem pertinent, fructum divitiarum adpellarit. Quid nunc Q. Mutium, C. Appium, Hortenſium Syllanum, P. Lentulum, Scaurum, Pompeium, Craſſos illos & Lucilios commemorem, qui ſummo ſtudio magnificentiſſima Ædilitate curuli functi ſunt? quæ tamen à pleriſque graviſſimis viris & reprehenſa ſunt & reprehenduntur.

Sponſaliorum verò ſplendorem qui reprehenderit neminem, qui laudaverint multos invenio. Ariſtoteles doctiſſimus vir, qui Philoſophorum Coryphæus & princeps appellari ſolet, in iis libris quos de mori-

moribus ſcriptos reliquit, id genus magnificentiam optimis etiam in viris probat. Summus vir & clariſſimus Philoſophus Manuel Chryſoloras Joanni nepoti ſuo eruditiſſimo & præſtantiſſimo equeſtris ordinis homini conjugem dedit, in cujus nuptiis, cum ſplendididiſſimus eſſet apparatus, & ob id gravis Philoſophi dignitas à familiari quodam carperetur. Dii, inquit, meliora, lætiſſimis in rebus magnifice feſtivos nos eſſe conceditur, & niſi in proximos ſimus injurii, pro dignitate familiæ noſtræ ſplendor iſte nuſquam interdicitur. Quid plura colligimus? Res ipſa, quæ ſemper plurimum poteſt, pro ſe loquitur: & longiorem orationem non deſiderat, præter largas epulas, quæ alioqui vituperatæ, hic improbatæ non ſunt.

More Sabino ſales adhuc introduci

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
664/A

duci cernimus, ut nulla ex parte exhilarandi corporis & animi desit occasio. Eandē ob caussam histriones adhibentur, quibus adeò magnus in urbe Romana honos habitus est, ut vita functis omnibus ejus artis Magistris ex Hetruria florentissima Italiæ provincia ludios accixi placuerit, quorum, qui cæteris natu major & arte præstantior fuit (ut Claudius Ruffus tradidit) Histrus appellabatur, à quo consequenti tempore cæteri omnes histriones ut Epicurei, Pythagorici, Gnathones à suis authoribus nominati sunt.

Propinquos & aliqua necessitudine conjunctos & superiore ætate & nostra vocatos nuptiis interesse certissimum est, ut omnes ad quos vel honestas vel jucunditas nuptiarum pertineret gaudium suum secum gauderent. Solon ille sapiens unus ex septem instituit, ut quum

viro

viro jungitur uxor, ipſa cydonium malum commanducet, quaſi ſignificarit ut cum marito uxoris vox & oratio ſuavis & amœna laudetur. Vir cum thalamos ingreditur, ſponſalis obeundi muneris cauſſa, vultus ſponſę obtegitur, & eam in obſcuro pronuba Venere ſponſus ipſe complectitur, placidumque petit conjugis infuſus gremio per membra ſoporem, quod ſtatutum eſſe aſſequimur conjectura, ne virgineus pudor pertinacius quam par ſit conceſſis reluctetur amplexibus, & ne quid in ipſa lætiſſima celebritate mœroris interveniret, ſpargi nuces conſuetum eſt, ne voces quas vel doloris vel honoris gratia nova nupta emittit ob puerilem ſtrepitum, & colligendi ſtudium multitudo frequens audiret. Plura ne dicam, multa mihi documento ſunt.

Primum, ne ſi latius hæc ipſa referam,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
664/A

feram, offendam aures tuas, quas postquam ad hæc divina ſtudia humanitatis animum, curam, & operam contuliſti, nonniſi ſermo, purus ac gravis oratio & condita implere poſſunt. Deinde, quia ſatis dictum eſſe arbitror, ut noſtros humaniter admoneam, quo majores illos, quorum virtutes literis illuſtratæ ſunt, imitentur, & eos cum cæteris in rebus, tum in hac potiſſimum, quantum religionis noſtræ ſanctitas ſinit, imitentur. Quod ut vobis facilius ipſe concederem, non omnia effudi, ſed ut etiam ad gratiam ipſa varietas accederet ex plurimis pauca ad rem ipſam collocavi.

Eos igitur hortari non deſino, ut veteribus illis maximas gratias, quorum vigiliis & ſcriptis, niſi ipſi ſibi defuerint, & meliores erunt & inſtructiores uxores & ornatiores nuptias comparabunt. De hiş ſatis, ad majora veniamus. LI-

De uxoris officio.

PRoximum erat ut id quidem caput, munus ſcilicet uxorium diſpiceremus, ad quod jam dudum feſtinat oratio. Hic eſt enim propoſitus, in diviſione prima locus ſecundus. Nam ita me promiſeram de delectu uxoris, poſt de ipſius officio eſſe dicturum. Hæc reliqua pars eſt: hic reſtat actus, in quo ſic uxores vel ſua ſponte, vel maritorum præceptis mihi obtemperaverint, nemo futurus eſt, tam injuſtus rerum æſtimator, quin ſic à me conſtitutum officium uxori putet, ut juventus ipſa per omnis ætatis gradus ſecura tranquillitate & otio perfrui poſſit.

Tres igitur res ſunt, quæ à conjuge benè tractatæ laudatiſſimam

ac

ac mirabilem rem uxoriam faciu
charitas in maritum, vitæ modeſtia,
meſticæ rei cura gravis & diligens. S
periorem explicabimus ſi prius
obſequendi facilitate quæ illius d
& comes eſt, nonnulla dixerim
qua nihil gratius eſt, nihil magis
petitur, quod ſapientiſſimos ill
veteres non fugit; à quibus inſtit
tum fuit, ut cum Junoni, cui ex pr
fectura nuptiarum Gameliæ c
gnomentũ inditum eſt, immolar
tur, è victima fel eximeretur, qu
legibus ſapienter admonerent
mnem ex re conjugali litem atq
iracundiam auferri oportere. Qua
ob rem Spartanæ mulieris reſpo
ſio à multis doctis viris probari ſ
let. Hæc enim cum maledictis cu
juſpiam deliræ anus in virum lace
ſeretur: Malam in rem abi, dixit
cum necdum ex puellis exce
ſiſſem, parentibus parere didic
nun

nunc obſequi viro antiquiſſimum mihi neceſſe eſt, ſi volo eſſe quæ debeo. Imperet enim maritus, cujus voluntati morem gerat uxor æquiſſimum eſt. Unde Gorgon illa merito vituperari poteſt, quæ an ad virum proficiſceretur interrogata, *Non equidem*, inquit, *ſed ad me vir.* Cyrus ſummus vir & Imperator, militibus ſuis dixit, ut ſiquidem hostes tumultuoſius irruerent eorum impetum ſilentio exciperent; ſin taciturni, cum illis è regione clamore ſtrepituque manum consererent. Haud aliter uxoribus præceperim. Si maritus ira percitus, difficilius quam aures ſuæ ferre conſueverunt clamitet, tacita clamores excipiat; in mœrore confectus ſileat, ipſa ſuavi ac morata oratione virum impellet, excitet, hortetur, conſoletur, obſequatur.

Qui cum Elephantis obverſan-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
664/A

tur, candidas veſtes non induunt Rubras verò devitant, qui cum Bubalis: ob tales enim colores beluæ illæ magis ac magis efferantur. Tigrides vexari tympanis, ac perturbari vehementius multi authores ſunt. Itidem uxoribus dici conveniet: Siquidem viris aliquod indumentum viſu moleſtum fuerit eo abſtineant admonemus, ne à viris quibuſdam manſuete ac ſuaviſſimè vivendum eſt, ipſæ diſſentiant. Amphotidas (ſic enim à protegendis auribus appellatæ ſunt) longè magis uxoribus quam Athletis neceſſarias eſſe exiſtimo. Nam in iſtis aures tantummodo ictibus patent illis vero libelli repudii gravi ignominiæ conjuncti, propoſiti ſunt. Quare magna cura cavendum eſt ne per aures ſuſpicionem, zelotypiam, iracundiam ſuſcipiant. Quam quidem ad rem confert plurimum

ſi regis Alexandri prudentiam imitari voluerint. Hic enim, cum per calumniam quiſquam apud ſe deferretur, alteram ſemper ex auribus obſtruere ſolebat, ut eam ſe poſtmodum defendere cupienti reſeraret. Vera profectò videtur Hermione, quæ ex improbis fœminis, quibus fuerat familiaritate conjuncta, ſe periſſe fatetur,& clare teſtatur.

Conjuges igitur, ſi quando in ſuſpiciones inciderint, maledicis mulieribus nulli pateant aditus, occludantur aures, explodantur ſuſurri, nec igni, ut in Proverbio eſt, ignis adjiciatur. Philippi clariſſimi regis verbum diſcant ac habeant in ore. Is familiaribus aliquando ſollicitantibus, ut adverſus Græcos gravius excandeſceret, qui tametſi multis ab eo affecti beneficiis, ipſi tamen obtrectarent ac maledicerent. Quid facient (inquit) ſi à nobis

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
664/A

etiam injuriis affecti ſint? Eodem modo cum ſeditioſæ dicent mulieres. Te moratam & amantiſſimam ſui vir pauci facit, reſpondeat; Quid ſi cum pudore pudicitiam, & cum amore vehemens in eum ſtudium ſciens, & prudens amiſero? Herus quidam fugitivũ ſervum in piſtrino deprehendit, & quaſi jam factum ſibi ſatis eſſet, Ubi nam, ait, deprehenſum te malim, quam hoc ipſo in loco? Uxor, quæ zelotypiæ cauſa marito gravis eſt, & de repudio meditatur ac cogitat, ſic velim ſecum loquatur, ubinam pellex, cujus odio me in priſtinum dedo, lætior erit ac fortunatior, quam ſi me pene naufragam viderit, cum ipſa interim ſecundis ventis adnavigans in meo geniali thoro ſecure ſtatura ſit in anchoris.

Euripides more ſuo graviter eos increpat, qui inter cœnandum uti

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
664/A

lira conſueſcerent: par enim fuit ad iracundiam, ac mœrores potius cantus accerſere quam eos remittere, qui voluptate tenerentur. Haud ſecus eas accuſarim conjuges, qui cum per gratiam & concordiam una cum maritis dormitant, *ira interveniente ſeorſim cubant, & Venerem abjiciunt, cujus lepore & artibus facilè reconciliari poſſunt.* Significat id *Homerica Iuno*, cui vincla jugalia curæ. Nam cum de Theti & Oceano, ſi benè teneo memoria, loqueretur, illorum jurgia ſoluturam, & cum amore ſimul ac concubitu, ſe eos conjuncturam profitetur. Romæ verò, quando diſſenſio inter virum & uxorem interveniſſet, Viriplacæ Deæ templum introibant, ubi remotis arbitris collocuti liberius, concordes domum revertebantur. Conducet id etiam paci & curæ domeſticæ ſi viri gratiam con-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
664/A

junx ſingulari diligentia cuſtodierit.

Cum Gorgias Leontinus, in Olympiis quæ Jovi ſuo optimo maximo totius Græciæ celebritate habebantur, de Græcorum concordia facienda peroraret, Melanthus ait: Iſte noſter Orator nobis omnibus, ut jure fœderemur, perſuadere nititur, qui ſe tamen ac uxorem & ancillam tres duntaxat ut invicem conſentiant, inducere non poſſunt. Laborabat enim conjunx ejus zelotypia, quum Gorgias pediſſequam majorem in modum deperiret. Philippus Olympiadi atque Alexandro diu ſubiratus fuit, interim Demaradus Corinthius è Græcia revertitur, quem pòſt de concordia Græcorum Philippus diligenter ac ſtudioſe interrogavit: Turpiſſimum (inquit) Philippe judico, ut de pace & conſenſu univerſæ Græciæ

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
664/A

ciæ ſollicitudinem præ te feras, quum nec dum cum uxore & filio in gratiam redieris. Itaque liberos, ſi qua & adminiſtros componere cupiet, in primis cum marito conſentiat, ne quod in eis reprehendit, imitari velle ſentiatur.

Ut igitur officio ejus mutuæ paci ac perpetuo otio proviſum ſit, nihil erit magis conſiderandum, quam ut nullo loco marito diſſentiat. Sed hæc hactenus.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
664/A

CAP. I.

De charitate conjugali.

NUnc ad charitatem conjugalem revertamur, cujus ſumma vis ac maxima dignitas (ut à claris viris accepimus) propemodum perfectæ amicitiæ imaginem exprimit. Qua in re multa mihi prætermittenda ſunt, ut quid obſervandum potiſſimum ſit, quam primum dicere poſſim. Tanto igitur ſtudio, fide, gratia, virum *Amet* velim, ut nihil diligentiæ, benevolentiæ, pietatis, deſiderari poſſit, cum eo ſic verſetur, ut ſibi ſine viro nihil boni, nihil jucundi fore exploratiſſimum ſit. Ad hanc quidem rem maximo adjumento futurum *amorem* ipſum intelligo. Omnibus enim in rebus nulla via melior, nulla brevior eſt, ut videamur, quam ut ſimus.

Quantum laborem, quantam induſtri-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
664/A

ſtriam neceſſe eſt adhibeat ignavus agricola, ſi ſolers videri velit? Quanto ingenio, quam multis artibus opus eſt imperitis medicis, equitibus, citharœdis, ſi quibus in rebus minimum poſſunt, ut præſtare cæteris appareant, occupatiſſimi ſint? Multa plerumq; interveniunt quibus agriculturæ, medicinæ, equeſtris, & Muſices adumbrata laus evaneſcit. Hi ſi meis conſiliis uti voluerint facilius, maturius, certius, quam ſi ambitioſæ ac fucoſæ exiſtimationis buccinatores ſuppoſuerint, ſolidamque & expreſſam famam aſſequentur. Et quoniam in omni genere vincit imitationem veritas, curabit, ut arte & exercitatione diligenter agrum colat, hominum valetudini medeatur, quo velit acres equos agat, impellat, revocet, & ſic cantu delineat, ut nihil ſit auribus jucundius, nihil ſuavius.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
664/A

Quamobrem, si uxores cupiant, u
viros ex animo diligere videantur
ex corde diligant.

Studeant inprimis, ut mariti pe-
nitus inspiciant pro variis ipsorum
temporibus, tum sollicitas, tum læ-
tas esse. Nam & secundis in rebus
gratulatio jucunda, & in adversis
consolatio grata est. Quæcunque
cura aliqua ipsas afficiunt, modo
prudentis hominis auribus digna
sint unà communicent, nihil fin-
gant, nil dissimulent, nihil obte-
gant. Sæpenumero angor & animi
molestia, consilio, & sermone, qui
cum viro suavissimus esse debet, le-
vatur, quasi omnium suarum solli-
citudinum aculeos omnes & scru-
pulos partiens communicansque
exhauriet, vel leviores faciet. Quod
si permolesti fuerint, & altius inse-
derint, vel tantum requiescent,
quantum cum marito familiariter
suspi-

ſuſpirare fas erit. Sic denique velim cum viris ſuis vivant,ut & quodammodo animum miſceant, & ſi fieri poſſet (quod vult Pythagoras in amicitia) *unus fiat ex duobus.* Hoc ut facilius confici poſſit, Cretenſes, qui ſub Imperio noſtro jam multis ſæculis ſunt, nullis filias ſuas nubere patiuntur, niſi quibuſcunque virgines ipſæ ſigna amoris oſtendiſſent. Nam ſibi perſuadent eos uxoribus fore chariores, qui ante maritale vinculum chari etiam fuerint; Natura enim comparatum & uſu probatum eſſe commemorant, omnes actiones, præter admodum paucas in curriculo temporis fieri, nec enim contingentes ignem ſtatim comburimur, nec ligna medias inter flammas congeſta ſubito relucent. Quocirca ipſis neceſſarium putant, ut velut in diligendis amicis, ſic & in maritis effigiem animi

 ſui

ſui certo judicio deligant: ex tempore enim, nec rectè judicari, nec vehementer amari poſſe non dubitant. Quantum hæc conſuetudo probanda ſit, ipſi viderint.

Sed profectò ad amoris gratiam & conſtantiam accommodata non negabitur. Nec illas ſilentio præterierim, quæ philtris & amatoriis in cantibus à viris ſuis benevolentiam extorquent, quas piſcatoribus æquiparare ſoleo, qui piſces pharmacis captos, ut aliquot Hetruriæ locis factitant, inſipidos ac ferme inutiles reddunt. Haud aliter etiam facere videntur, quam viatores qui cœcos ducere quam videntes ſequi malunt. Studio igitur & ſponte ſua mutuus amor quæratur, cuſtodiatur, augeatur.

Hæc vita atque factis clariſſimis mulierum illuſtrata ſunt, quarum imitatione de ſe virtutis, amoris, & con-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
664/A

constantia periculum faciens Panthia, Susium principem Abradatum virum suum mirificè coluit ac dilexit, ei & captiva fidem servavit, & Cyrum amicum fecit, & in eo exornando omnes opes, omnes thesauros suos non effudit, sed collocavit. Is adversus Ægyptios Crœsi socios fortissimè dimicans, ut & Cyro gratiam referret, & Panthia vir uxore dignus videretur, fortis ducis & strenui militis opera usus generose mortuus est. Cui ut nobilissimè parentaret, super ejus cadaver singulari studio quæsitum, sibi ipsi mortem conscivit.

Cassandane adeò Cyrum dilexit, ut cum moreretur longè sibi acerbius fuerit, quod à Cyro quam quod à vita discederet. Qua ex re Cyrus, ne ingratum maritum ageret, eam mortuo diuturno tempore collachrymavit, & omnibus quibus im-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
664/A

peritabat, ejus honoris causa luctus edixit.

Themistoclem conjunx tanta charitate complexa est, ut nulla de re, nisi de viri studio & amore cogitare crederetur. Quo factum est, ut cunctis in rebus ipsi, clarissimus ille princeps Græciæ concederet, & ipsam plusquam cæteros ætatis suæ Græcos potuisse traditum sit. Nam quicquid ipsa vellet, & Themistocles; quicquid Themistocles, & Athenienses; quicquid Athenienses, & universa Græcia.

Thesta senioris Dionysii soror, Polyxeno nuptui data est. Hic deinde Tyranno factus infensior, metu è Sicilia profugit. Dionysius sororem accersit, incusat quod mariti fugæ conscia, nihil sibi renuntiarit. Thesta constantia sua, & singulari virtute freta, respondit: Usque adeò Dionysi vilis & abjecta mulier tibi

videor, ut ſi de mariti fuga certior fuiſſem fortunæ ejus comes ac participeſs eſſe noluiſſem? Charius mihi profectò extitiſſet Polyxeni, vel exulis uxorem quam Dionyſii Tyranni ſororem appellari. Ejus animi magnitudinem admirati Syracuſii poſt exactos Tyrannos regiis honoribus ſuperſtitem coluerunt, defunctæ verò funus omnes ordines, omnes numeri, omnes denique Syracuſii conſectati ſunt.

Tigranis uxor Armenia non ignobile fœminis exemplum eſt, in ea ſiquidem expeditione, quam Cyrus adverſus Aſſyrios egit, cum abſentiā mariti nullo modo ferre poſſet, per tanta rerum diſcrimina uſque quaque comes indefeſſa promptiſſimo eum animo ſectata eſt. Apud Homerum Andromache quantum ſuo afficeretur Hectore, in quo omnes omnium charitates ſibi conſtituit,

ſtituit, vel hiſce declarat verſibus *Tu mihi, tu ſolus pater es, materque veranda; Tu dulcis frater, tu gratus ad omnia conjunx.* Ejus aliquando deſiderio mentis inops facta, per turbam diſcurrit, & mœnia perluſtravit. Cania mulier excellens, ut hoc loco de ejus virtute commemorem impetravit, quamvis enim longior ejus narratio ſit, tamen dignitas, novitas, & varietas, & tibi, & iis qui hæc in manu ſument, jucunda erit, cujus inſigne facinus paulò altius inchoabimus.

Sinatus & Sinorix inter ſeſe neceſſitudine conjuncti cæteris Galliæ Tetrarchis potentia, laude, gloria ſine controverſia præſtabant. Ex his Sinatus Caniam uxorem cepit, quæ non modo corporis forma, ſed & ſingulari virtute primaria erat. Hæc pudicitia, probitate, prudentia, atque animi magnitudine

præ-

prædita,omnium animos in ſe miro
quodam amore devinxerat. Cla-
riorem reddidit eam Dianæ quam
Galli præcipuè colebant ſacerdo-
tium, cui pro ſua & majorum ſuo-
rum dignitate præfuit. Inter ſacrifi-
candum enim magnificè ſemper or-
nata omnium oculos in ſe conver-
tit: Hanc Sinorix primo adamare
cœpit, deindè de viri neceſſarii ſui
nece cogitat, quoniam eo ſalvo vo-
luptati ſuæ morem geri poſſe diffi-
debat. Sinatum igitur impius, &
magno dilectæ cæcus amore clam
ferro incautum ſuperat. Paulò poſt
Camiæ connubium efflagitat, quæ
viri caſum forti animo tolerans oc-
caſionem, ac tempus ad vindican-
dam Sinorigis impietatem vehe-
menter expetebat, & prudenter ex-
ſpectabat. Inſtat Sinorix ut funebres
quidem nuptiæ conficiantur, hone-
ſtas erroris cauſſas (ſi quod ſummo
ſcele-

ſcelere contaminatum eſt honeſtu
putemus) exponit. Ejus preces in
tio Cania repudiat, deindè neceſſ
rii, ut potentiſſimum principem i
perpetuum ſibi devincirent, acri
urgent, ut illius nuptiis contenta ſi
Tum quaſi victa ſe facturam poll
cetur, dehinc juvenem accitum fa
miliariter excipit, & ſimul Dian
templum ingreditur, ut Gallicar
Dea teſte fœdus, & fides ſtabilire
tur. Poſtea perinde ac deliberatu
phialam manibus accipiens, prim
ſummo tenus attigit ore, reliquu
Sinorigi epotandum dedit. Erat au
tem in phiala melicratum venen
temperatum, quod ut hauſiſſe Sinc
rigem ſenſit, oculis, vultu, front
lętitiam declarat, & ad Dianæ ſimu
lacrum converſa, huncin modu
inquit. Te diva parens teſtor, m
Sinato ſupereſſe voluiſſe, non vit
medius fidius cupiditate, quæ reten
ta qu

a quidem me conficeret angoribus,
lemiſſa verò moleſtiis liberaret, ſed
ujus diei uſura vivere conſtituiſſe,
nec poſt viri funus luctuoſum mihi,
atriæ acerbum, ullam vivendi vo-
uptatem percepiſſe, niſi forte ſpes
quædam ultionis aliquando me re-
rearit. Qua peracta ad chariſſi-
num & optimum virum Sinatum
am libens deſcendo. Tibi ſæviſſime
Sinorix pro thalamis ac nuptiis ſe-
pulchra parentur. Paulò poſt cum
am virus latè membra pervagare-
ur, Sinorix prius, deinde Cania
liem ſuam obierunt.

Stratonica Dejotarum virum
anta benevolentia proſecuta eſt, ut
nihil niſi, quo pacto ſatis ipſius vo-
untati faceret, ad ſe pertinere judi-
caret. Itaque magno dolore, vel
mœrore potius erat, cum idcirco
affligi Dejotarum videret, quod nec
eam parere, nec regni ſucceſſorem
futu-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
664/A

futurum intelligeret, quæ ſua ſpo
te mulierem facie, ac moribus h
neſtam Electram nomine comp
rat, quæ cum virum de benevole
tia & conſtantia uxoris admira
tem congredi ſuadet, rogat, urg
Poſt ea, ex ea ſuſceptos liberos
què, ac ſuos ſumma fide, & charit
te aluit, educavit, & honorifice
tiſſimè tractavit. Nimius eſſem
Tertiæ Æmiliæ vehemens ſtudiu
in P. Cornelium Scipionem; ſi Jul
Porciæ, Artemiſiæ, Hipſicrate
ſummam benevolentiam, & reb
quas legitimi amoris imagines, m
moria repeterem, quæ in promp
ſunt omnibus, quibus ulla cum h
ſtoria familiaritas eſt.

Multa quoque ſunt, quæ de amo
re uxorum præcipi poſſunt, quæ n
de induſtria prætermittimus. Ea
rum enim ingeniis planè confidi
mus, & ut ſua ſponte, quo mod

viro

ros obſervent, ac diligant ſedulo, accuratè inveſtigaturæ ſint. Quæ men invenient ejuſdem prope naræ fore ſperamus, cujus ſunt ea, de ibus dictum eſt.

CAP. II.

De moderatione uxoris.

RElíqua pars eſt de moderatione, à qua ſæpiſſimè conſtans inr conjuges charitas initiatur, ſemr cuſtoditur, & obſervatur. Hoc namentum non modo maritis atiſſimum eſt, ſed etiam omnis, ad quos perfertur, ampliſſium videtur. Ea in uxore vultu, ge, verbis, ornatu, victu, congreſſu, aximè conſtare, creditur. De quis, ſi qua vel ingenio, val doctrina, l uſu percepimus, breviter expomus. Et duo illa ſuperiora, quæ iſdem quaſi generis ſunt, ſimul ctabimus.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
664/A

Ante omnia certiſſima mentis e
figies vultus , qui nullo animan
niſi in homine reperitur, probi, r
verentis & continentis animi ſig
præferat. In eo enim quos alioq
natura pœnitus recondidit mor
facilè deteguntur, is profectò pl
raque alia citra ſermonem indic
& declarat. Nam ex vultu & pr
greſſu animorum , habitus depr
henditur. In mutis quoque anima
tibus iram, lætitiam , & hujuſmo
affectiones,cum cæteris corporis
gnis, tum oculis inſpicimus, qui a
guti quemadmodum animo affec
ſint teſtantur,ac plane fatentur. U
de præcipuè lineamentis oris cōfi
multi de uniuſcujuſq; natura perc
pienda præcepta tradiderunt. At n
mis expatior. Placet igitur omni l
co, omni tempore, conjuges *Mod*
ſtiam præ ſe ferant. Id præſtabun
ſi oculis, ſi inceſſu, ſi totius deniq
co

orporis motu æqualitatem, conantiamque ſervaverint. Oculoum enim evagatio, feſtinatior proreſſus, & manus, & omnis cæteræ artis nimia mutatio ſine dedecore eri non poſſunt, & cum magna gnificatione levitatis vanitati ſemer cõjuncta ſunt. Quocirca atten- os animos habeant, ut frons, vul- us, geſtus, quibus ad intimos affe- tus cenſoria nota penetramus, ad ecoris obſervationem referantur. Hac enim in re gaudium ac dignita- em diligentia vendicabunt, negli- entia perturbationes, & vitupera- iones vitare nequibunt.

Minimè tamen velim ſit ingrata acies, quia nec aſpectus contumax, ed manſuetus, nec ineptus corporis motus, ſed comis gravitas appa- eat, id non negligenter præcepe- im, ut à ſoluto riſu temperent, qui uum in omnibus turpis ſit, in mu-

liere

liere certè turpissimus est, etsi qua
do in liberales inciderint jocos, mo
desta risus significatione, si à seri
nonnihil gestu deflexerint, impro
bandæ non erunt. Demosthenes i
speculo domi componere actio
nem solebat, ut in Oratorio acum
ne, quid sibi faciundum, quid decl
nandum esset, oculis suis judicare
Id nos ad rem uxoriam probè refe
ramus.

Quotidiè velim speculentur, &
cogitent, quid dignitas matrona
rum, quid severitas postulet, ne qui
decoris ab eis desideretur. Sparta
nas uxores operta facie, virgines au
tem aperta incedere solitas accepi
mus. Qua de re Carillus Lacedæ
monius quæsitus, hanc puellis licen
tiam respondit, ut viros invenirent
majores nostri concesserunt, nupti
verò interdixerunt, ut intelligerent
ad se non pertinere viros quærere,
sec

d tueri, ac custodire quos habe-
ent. A qua quidem consuetudine
retenses nostri non abhorrent,
pud quos puellis stare pro foribus
canere ac multifariam cum pro-
s jocari & ludere conceditur.

At maritis addictæ velut Vestæ
cris dicatæ *Domi* se continent, fer-
è nunquam exeunt, adeò ut alie-
os intueri viros quodammodo re-
gio sit. Eas talem ex Xenophonte
axisse consuetudinem quis non di-
erit? Qui quantum muliebrem a-
ectum coerceri velit, planè digno-
itur. Nam cum Tigranes una cum
arentibus, & amantissima uxore
rmenia domum à Cyro revertere-
r, aliis cum effigiem, tum mores,
m corporis magnitudinem, for-
amque collaudantibus, Tigranes
rmeniam, quid de Cyri pulchri-
dine sentiat, percontatur. At Ar-
enia Deos immortales obtestans

 inquit,

inquit, abs te nuſquam oculos de
flexi, itaque qualis Cyri forma effi
gieſve ſit, prorſus ignara ſum. Hui
conſentaneum eſt illud Gorgiæ qu
domi clauſas eſſe voluit, ita ut ea
rum nihil præter famam noſceretu
Thucydides autem nec hoc illis l
cere dignum putavit. Optimam e
nim matronam definit, de cuju
laudatione & vituperatione min
mus rumor diſſipatur.

At nos qui mediocritatem ſequ
mur, liberiores illis leges promulga
mus. Nec enim in cubiculis velut i
vinculis coërcendæ ſunt, ſed ita i
apertum prodeant, ut hæc ven
quam ipſis præſtamus virtutis
probitatis earum teſtimonium ſ
Uxores tamen, cum viris longè ſe
cus quam cum ſole luna ſe habean
Illa ſoli proxima nuſquam cernitu
longinquior autem lucida paſſi
proſpicitur. Itaque ipſæ præſent

br

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
664/A

bus maritis compareant velím, absentibus secretæ domi sint.

Quocirva oculis, quorum etiam in pictura, quam tacentem Poësim vocant, sensus acerrimus est, & nutu ac reliquo corporis habitu decorum & honestum retineant. Dixi de vultu & gestu, nunc de verbis dicam.

CAP. III.

De mulierum sermone & taciturnitate.

ISocrates viros admonet, ut loquantur, quæ vel certo sciant, vel pro sua dignitate tacere non possint. Nos mulieribus jubemus, ut illud superius viris concedant, posterius verò sibi quoque commune persuadeant. In quibus, quum loquacitas à prudentissimis & doctissimis hominibus satis reprehendi, taciturnitas ipsa satis commendari non potest.

test. Unde sanctis illis Romanorum institutis, ne publicas privatasve causas agerent prohibitum est. A quibus cum & Amasia & Affrania, & Hortensia defecisset, in Annalibus carpitur, reprehenditur, vituperatur. Marcus Cato senior cum præter naturæ conditionem & matronalem continentiam, Romanas fœminas aliquando per forum versari, ambire suffragia, cum alienis loqui videret, in eas ut gravissimi civis, & illius imperii majestas exigebat, invehitur, insequitur, coërcet. Pythagoreos non minus quam biennium initio tacere jussos accepimus, ne quod turpe est falli, decipi, errare viderentur, vel quod nondum satis explorate percepissent pertinacius ipsi defenderent.

Nos autem uxoribus, ubicunque levitatis, turpitudinis, impudentiæ aditus patere potest, perpetuum si-

lend

lendi tempus & ſpatium definimus. Appellatæ conjunctiſſimis reſpondeant modeſtiſſimè, ſalutem renuntient, & quæ locus & occaſio præſtiterit, ſic breviter perſtringant, ut provocari potius, quam provocare cenſeantur. Dabunt etiã operam, ut in ipſis magis orationis gravis brevitas, quam ſplendida prolixitas laudetur. Theano mulier cum deducto pallio manum eduxiſſet, adoleſcens quiſpiam ad æquales converſus, quam formoſus, ait lacertus eſt. Cui illa, *Publicus*, inquit, *non eſt*. Unde non modo lacertos, ſed ne ſermones quidem mulieris publicos eſſe conveniet. Nec enim minus hujuſmodi fœminæ vox, quam membrorum nudatio verenda eſt. Eis ſiquidem vitandum cum extraneis colloquium, quo mores & affectiones facilè animadverti ſolent. Silentium quoque ſummis ſæpe viris

laudi datur. Præſtantiſſimum Græciæ principem Epaminundam Pindarus maximis effert laudibus, quoniam cum multa ſciret, pauca loqueretur. Nam hic ut in pleriſque aliis naturam ducem optimam ſecutus eſt, quæ vitæ magiſtra, quod de taciturnitate ſentiret, apertè demonſtravit: duas enim aures, unam vero linguam, & duplici quidem labiorum, ac dentium vallo, munitam magna nobis ratione conceſſit. Hoc namque præſertim additur, ut Theophraſtus, & multi docti viri perhibent, virtus in nobis conſita, optimos & jucundiſſimos fructus parit, quum per cæteros ſenſus, quos velut ſatellites ac nuncios nobis præbuit natura, notionis ſæpe, ignorationis ſæpiſſimè fundamenta jaciantur. Civis tamen quidam noſter quem tibi nominare in præſentia minimè neceſſe eſt, ſilentium in his

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
664/A

ſolum laudat, à quibus nec ingenio laus, nec authoritas prudentia, nec ornate dicendo gratia comparari poteſt. Cui reſpondere ſoleo, maximas ſemper in omni genere partes à me tribui tum perſonis & locis, tum temporibus. Nam ſi id viris aliquando, quod ipſe vult, convenire conceſſerim, plerumque tamen à matronæ pudore, gravitate, atque conſtantia alienum judicabo.

Quare *Sophocles* author, hoc de quo modo loquor cive mea quidem ſententia non deterior (meliorem omnes dicerent) *in fœminis taciturnitatem ſingularem mundum* appellavit. Itaque benè dicendi gloriam ſe aſcuturas exiſtiment, ſi præcipuo ſilentii ornamento ſeipſas honeſtaverint; *Nec enim declamatorii ludi laus, nec concionis plauſus & adulatio, ſed eloquens & morata & gravis taciturnitas ab eis deſideratur.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
664/A

Sed quid ago? cavendum eſt, mihi præſertim quum de ſilentio præcipam, ne tibi videar fortaſſe loquacior.

Cap. IV.

De veſtitu & cultu uxorio.

SEquitur, ut de veſtitu cæteroque cultu corporis dicamus, cujus neglecta ratione non modo matrimonium, ſed ſæpenumero patrimonium effunditur. Teſtes mihi ſunt omnes, quibus hæc animadvertere curæ eſt. Si vero nunquam ſatis laudata mediocritas ipſa placuerit, & uxores modeſtia probabuntur, & domeſticis facultatibus, & univerſæ civitati alio quodammodo cavebitur. Hoc in loco ſalutaris illa præceptio prima ſit, ut magis evitandæ ignominiæ, quam quærendæ gratiæ, cauſa ſplendoris hujus curam ſuſcipiant. Nam, quæ clariſſimo loco

natæ

natæ ſunt, ſi fortunæ ſuppetunt, vili ſordidaque veſte uti non debent. Ad rei profecto, & loci, & perſonæ, & temporis rationem hoc maximè referri judicamus. Quis pontificem ſago amictum, vel in literario auditorio laticlavo ſuccinctum, vel in Equeſtri certamine togatum, ſine riſu videre poterit? Attamen, nec nimis exquiſitus, nec neglectus admodum probabitur, ſed qui decorum ſervaverit. Hujus enim nimia indulgentia primò multæ vanitatis argumentum eſt, deinde, ut à viris ſuis ad alios procos deficiant, & teſtimonium & occaſionem afferre ſolet.

Fœminis noſtris, ne tanto circa ſe ſtudio cultum exquirant, Cyrus rex exemplo ſit, qui profecto, tum propter egregiam ejus ſapientiam, tum propter moderationis nitorem ſuum minimè fraudaſſe nomen vi-

ſus eſt. Etenim Cyrum Perſarum lingua ſolem appellari conſtat. Ad cujus avunculum Cyaxarem regis Indi legati, ut de pace cum Aſſyriis agerent, venerunt, quibus ut lectiſſimis ipſius exercitus appareret Imperatori Cyro denunciat, ut cum omnibus copiis in veſtibulo regio ac patentiſſimo foro, quam primum ſe oſtenderet. dicto paruit, & diſciplina, & virtute, & celeritate admirabili, tenui ſtola indutus affuit, tametſi purpuream illi veſtem & preciosum torquem ac reliquum medicum ornatum Cyaxares miſiſſet, ut ſplendidior & honorificentior eſſet ipſe regis nepos & Imperator. Hæc omnia Cyrus magno animo contempſit, & ornatus ſatis cæteris ac ſibi viſus eſt quum pugnaciſſimus inſtructiſſimo exercitu prope prius adeſſe cognitus eſt, quam viator ille Regius ad Cyaxarem reverstiſſet.

tiſſet. Uxoribus item non parvo erit decori hujuſcemodi apparatus parvipenſio.

Dionyſius Siciliæ Tyrannus duas precioſiſſimas veſtes Lyſandro dono miſit, ut ipſius filiæ ornatiores eſſent, his repudiatis ad Dionyſium referri Lyſander juſſit, ſine illis filias ſuas ornatiores futuras dicens. Julia Cæſaris Auguſti filia, quum licentiorem ejus veſtitum aliquando patri moleſtum eſſe, conjectura colligeret, poſtridie palla induta patrem viſendi & ſalutandi cauſa convenit. Quod cum Cæſari valde probaretur, Julia tunc quidem patris, anteà vero Agrippæ viri oculis amictum quæſiſſe, minimè diſſimulavit. Ut quiſque volet, accipiat; ego tamen alienos in vertice & cunctam illam fucoſam ſuppellectilem coli mihi perſuadeo, ut cæteris potius quam maritis ipſis tanta cura & vigilantia

 pla-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
664/A

placeant. Hæc enim domi negligun-
tur, foris fundi nostri calamitas satis
comi, satis exornari non potest.

. Preciosæ sane vestis varietas raro viris usui, sæpe mœrori, procis autem quorum caussa hæc inventa sunt, jucunditati semper est. Illos quos rite uxorios appellare licet, eis conferre soleo, quibus adeò splendida facies, domus grata est, ut cum necessarios intra parietes sumptus omittant, vicinis & prætereuntibus peregrinis aurea frōs, domus voluptati sit. Similes etiam imperitis tonsoribus sed divitibus videri possunt, ad quos nunquam, nisi ut cæsariem componat juventus, frequens accedit. Nec eorum eburnea, & elaborata specula illis emolumento sunt, sed potius dolori. quum in vicinis tonstrinis nobilissimos adolescentes assiduè cum singulari suo mœrore intueantur, ac despi-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
664/A

despiciant. Hic etiam lautissimus nitor, hæc magnificentissima gaza, hic luxuriosus apparatus, faciunt, ut amœnissimum sit in vestibulis, in atriis, in deambulatoriis versari, & sæpissimè per totam urbem discurrere. Quocirca sapienter Ægyptiis mulieribus, ne calceis patriciis uterentur, interdictum est, ut evagandi licentia cohiberetur.

Plurimis profecto fœminis, si preciosum mundum sustulerimus, domi libenter ac studiose continebuntur. Illud tamen, quandoquidem eo delapsi mores sunt, ex consuetudine imitandum existimo, ut si res nostra patiatur, auro, gemmis, & margaritis apparentur. Talia enim magis abundantis, quam luxuriosæ mulieris insignia, potius amplitudinem viri tuentur, quam procaces aucupantur oculos. Omitto, quod diuturnius & minore cura

indi-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
664/A

indigentis, hoc divitiarum genus est.

Possunt etiam facilius & privatæ & publicæ rei maximo sæpè adjumento fore. Quis ignorat quantum utilitatis Romanis attulerit aliquando hujuscemodi magnificentia? ex qua gravissimo bello Punico pecuniam (quam belli nervos veteres nominaverunt) Appia lege civitas ipsa conflavit. His tamen in rebus minus eis licere statuo, quam leges ipsæ concesserint.

Quamobrem à licentiore vestitu & cætero corporis apparatu velim abstineant, ut amplius non posse, non necessitatis esse judicetur, sed laudis præmium, noluisse quod possent. De ornatu jam vides.

CAP.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
664/A

CAPUT V.

De victu uxoris.

NUnc de victu consideremus; cujus maximam vim esse in utramque partem mihi adstipulantur omnes, qui volunt hæc animadvertere. Quis dubitat ipsis delitiis, quibus bene vivere posse, multitudo confidit, frangi virtutis nervos, atque prorsus labefactari? Quæ tanta severitas est, quæ brevi tempore corrumpi non possit? Quis adeò libidine perditus est, ut sobrietate, vigilantia, cura, moderate vivendi fructum, laudemque sibi vendicare non queat? Ut igitur nulla modestiæ pars uxoribus desit, sic animatas esse velim, ut his rebus in primis abstineant, à quibus gigni, stabiliri, & exaugeri libido solet. Sacris virginibus vigiliæ, & cibi potusque continentia ab optimis & prudentissimis viris

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
664/A

virisinſtitutæ ſunt, ne carnis illa luxuries, puras cogitationes labefaceret, & firmos animos debilitaret.

Olim Romanis fœminis vini uſus ignotus fuit, qui nunc quoque Syris & Perſicis minimè conceditur: Cujus rei obſervatio, ut facilius deprehenderetur, oſculum Romæ cognatis conſtitutum erat, ut adverſus intemperantes odor ipſe argumento eſſet. Quæ vero legem tranſgreſſæ fuiſſent, non modo dignè nota cenſebantur, ſed ut author eſt Cato, graviter mulctari jus erat; Ad inconceſſas enim voluptates hujus generis intemperantia ſæpiſſimè invitat, ac detrahit. Unde ſapienter nonnulli gentiles ſic in eodem templo Liberi patris & Veneris ſimulacra congeſſerunt, ut qui Veneris imaginem viſendi ſtudio venirent, prius ipſius Bacchi ſtatuam ſalutarent. Talibus profecto mens & ani-

mus

mus factus impotens, nihil arduum cogitare, nihil decorum meminisse, nihil divinum potest intelligere, at consilii & rationis expers per quandam sensuum pruriginem illud sibi summum bonum definit, quod ut scribit Cicero, si pecudes ipsæ loqui possent, appellarent voluptatem.

Spargapisis Tomyris filii ornatum cum lectissimo exercitu facilè Cyrus avertit, ardorem extinxit, & oppressit audaciam, cum eum comessatione, vinoque confectum erectus ac paratus animo à progressu arcuit, cepit & profligavit. Capuæ mollities nonne magis effœtas vires Annibalis reddidit, quam Cannensis clades Romanos contriverat? Quid exemplis opus? nisi moderatissima victus ratio gubernarit, mens ipsa, relictis honestatis finibus, naufraga fertur in præceps. Nullum ex tot animantium generibus

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
664/A

ribus atque naturis propemodum est, quod si mollius in umbra educetur, vel adumbratam moderationem, vel probi moris speciem servare possit.

Qui naturam ducem sequi volunt, pauca requirunt; at qui sumptuosa quadam satie voluptatem venantur, semper immensum & infinitum concupiscunt. Frugalitate Laconis illius oblector, qui pisciculos nactus cauponi coquendos dedit; ex more caupo caseum, oleum, acetum, & pleraque ut appetibilius condirentur, efflagitat. Cui Lacon, si, quæ poscis, haberem, minimè mihi pisciculis opus esset.

Alexandrinas delitias & Syracusanas cœnas turpis Venus & incontinens coitus non modo sequuntur; sed etiam persequuntur. Præclare Lacedæmonii, ut uxoribus & liberis potus intemperantis deformitatem

decla-

declararent, potos ſervos & ebrios
in conviviis adhibebant, ubi cum
pro ſua conſuetudine multis ineptiis
ſpectantium oculos in ſe converte-
rent, non ſolum miſeratione digni,
ſed etiam miſeri & infœlices vide-
bantur. Nec illorum miſeriis claros
viros delectatos eſſe crediderim, ſed
quæcunque in ſervis turpia eſſent, in
liberis hominibus turpiſſima fore
iudicabant. Sic & ancillas temulētas
matronæ accuratius inſpiciant, ut
quid ſibi maximè cavendum eſt, a-
nimadvertant. Quamvis enim, ut
inquit Homerus, *Corporibus feßis ma-
gnum dant vina vigorem*, immodeſtè
tamen ſumptum & imbecillem red-
dit animum, & effœtos ſenſus tradit
ſenectuti. Fervoris namque excel-
lentia facit, ut calor ille, qui natura
nobis tributus eſt, vehementiori vi
operatus, non maturè, ſed properè
conſumatur.

Quan-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
664/A

Quanto etiam ad intelligentia
rerum impedimento ſit gravis & tu
multuarius ille vapor, manifeſtun
eſt, ſiquidem ut nec conjectura va
lent, ita nec argumentari, nec refel
lere, nec diſſerere poſſunt. Quic
multa, complures ex hominibus ſu
es, aſinos, leones, hac potiſſimun
cauſa factos eſſe, Poëtæ ferunt
Quod ut evitetur, eo diligentius ca
vendum erit, quod & ingenii tardi
tate & magnarum rerum vacation
(ut teſtis nobis Ariſtoteles eſt) in hu
juſcemodi vitia propenſiores ſunt
Liberis etiam ad quos hæc omni
maxima ex parte referuntur, matri
natura & vitæ moderatio adjumen-
to erit.

Non abs re igitur Diogenes
quum temulentiorem puerum eſſe
conſpicatus; Parentes ait ebrii te
genuerunt. In lucem editis, quan-
tum continentis matris poſſit edu-
catic

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
664/A

ratio paulò poſt diſſeremus. Uxores itaque noſtras monere, hortarique debemus, ut naturam ſequantur voluptates (quarum in regno virtus nullo pacto poteſt conſiſtere) parvi faciant & abjiciant. Et Lucretiæ potius frugales menſas, quam Tarquiniarum & Cleopatræ ſumptuoſas delitias probent ac imitentur, quo & ſuæ dignitati & filiis quibus omnia debent, conſultum ſit. Nunc de congreſſu ordine ipſo perſtringemus.

CAPUT VI.

De coitus ratione.

SIc profectò ſe res habet, ut quales cibi potuſque leges, talis & coeundi ratio quodammodo conſtituatur. Siquidem ipſe coitus vivendi normam, ut tener pullus matrem ſequitur. Idque multis ex cauſis & exemplis intelligi poteſt. Com-

modius hoc loco, & ad rationem nostri sermonis sapientius principium sumere non possumus, quam ab ipsa natura, ut quicquid ip sentimus brevissime conficiamus.

Primum quidem, quum uxor & viri conjunctio (sicut superiu diximus) præcipuè caussa filioru inventa sit, & coli debeat, spe po tissimum gignendæ prolis congre diendum est. Plurimis in besti quid naturæ sit, satis intelligimus & videmus, quæ ipsis hac ratione ce tas coeundi leges indixit, ut morta le animantium semen perpetua su cessione quodammodo immorta redderetur. Qua in re nobis, quibu liberior & nobilior appetitus datu est, exemplo sunt ne voluptatis, se generandi sobolis caussa congredia mur. Quocirca plena navi, ut Juli Augusti filiæ verbis utar, ne vecto rem tollant admonemus: nec belua

ide

ideo maxime beluas putent, quia nunquam gravidæ, ſed quia ſemper generationis cauſſa Venerem provocent. Si vero hoſce tranſgredi terminos collibuerit, vel ſaltem temperent ſibi, ut hac moderationis parte, ex qua pudicitia nominatur, pudicæ ſint, & dici velint. Quamquidem ad rem in primis conducere poſſe arbitramur: ſi eas initio ita mariti conſuefecerint, ut non libidinis, ſed neceſſitatis adjutores ſe præſtare videantur. Ipſæ verò ſic maritale decus & verecundiam præ ſe ferant, ut in ipſo congreſſu & Venus adſit, & venuſtas, ne avidæ ac impudentes cum à ſua dignitate deficiant, maritis etiam tacentibus minus gratæ ſint.

Apud Herodotum ſcriptum eſt: una cum interiori tunica mulieres pudorem exuere. Si cum mœchis agatur, id plane confitemur; cum viris

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
664/A

ris autem si nas audient, semper decorem tenebunt. Cum fœmina quædam à Philippo libidinis & furoris gratia vi pertraheretur, mitte me, inquit, unaquæque mulier si lucernam è medio sustuleris, aliis eadem atq; par est. Hoc ad adulteros rite dici potest. At uxores tametsi sublatum eminus lumen sit, minime vilibus se pares fœminis efficiant. Quid quod noctu omnino enudari vetat Hesiodus? quoniam ut ille inquit: Deorum immortalium noctes etiam sunt. Nulla namque temporis pars vacare officio debet, & licet spectari corpus, non queat, pudorem tamē cunctis in locis tueantur, ut etiam per tenebras merito marito morata videatur. Unde præclare Commodus Cæsar, cum sibi conjunx suadere contenderet, ut insuetis ac improbatis voluptatibus secum uteretur, respon-
dit

lit, reliquis mulieribus, quantum in hiſce rebus obſequi par eſt, ipſæ viderint, *Vxor certè dignitatis eſt nomen, non voluptatis.* Quamobrem Cato Cenſor Manilium ejecit è Senatu, quoniam præſente filia uxorem diſſaviaverat.

Quod ſi in ſuorum præſentia conjugem exoſculari, aut amatoriè complecti turpiſſimum eſt, quanto juſtius virorum oculorum oculis, quibus maxime placere debent, nihil immoderatum, nihil impudicum offerri? Hieron Epicharmum comicum gravi ære mulctavit, cum præſente uxore ſua quippiam indecens expoſuiſſet. Eſt enim rei uxoriæ dignitas tantæ venerationi conjuncta, ut alienis oculis & auribus nullum aditum patere fas ſit.

Id pulchre Athenienſium moderatio demonſtravit, cum Philippi literas, quas ad Olympiadem de-

ſcripſerat, interceptas inviolata
reddiderunt. Siquidem conjugis i-
pſius arcana minime digna ſtatue-
runt, quorum alieni, ne hoſtes qui-
dem participes eſſent. Æquum eſt
igitur, ut hac de re ſemper curam
cogitationemq; ſuſcipiant, hinc lau-
dem, hinc ttiumphos, hinc aurum
coronarium expetant: nihil adeo
jucundum aut delectabile ſit, quod
à pudicæ mentis officio unquam a-
vocet. Ubi cum multas ſpectatiſſi-
mas fœminas imitari poſſint: a
Braſilla primaria ſit, non ſcio, cuju
egregium hac ætate facinus ſilenti
præteriri non debet. Ea enim Dy-
rachii nobilibus parentibus nata, u
à certis auctoribus traditur, hoſtium
excurſione capta pene violata e
Hæc profecto vultu pulcherrimo
in ſummo periculo, ingenio, virt
te, magnitudine animi, pudicitia
piè incorrupteque tutata eſt, mul

enim

enim verbis impetum Cerici victoris placavit, furorem cohibuit: si castam se servarit, mercedis instar ut nullis militaribus armis cædi possit, unguento quodam magico facturam se recepit. Ingenuæ ac modestæ mulieris oratio, & magiæ ditissimus locus fidem vendicavit, collocatis ab eo custodibus dum aliquot radices generosa virgo colligeret, exitum rei anxius expectat. Tum ea magno animo militem convenit, se non verbis, sed herbis periculum facturam pollicetur. De hinc ubi cervicem succo perunxit, jugulum præbet. Cericus verò quasi tutò temerarius futurus, ense caput eximit, & pudicissimæ mentis testimonium admiratur.

Quid plura? Nec exempla illis, nec exhortationes deerunt; modo quales esse debent, tales esse velint. Et ne ulterius quæ à nobis diligen-

tissime providenda sunt differamus, de his modum facimus.

CAPUT VII.

De cura domestica.

TAm de cura domestica verba fieri à nobis & tempus & locus ipse desiderat, de qua expectari pauca velim, quæ longe omnium utilissima ex medio rerum usu percepimus. Quæ vero scripta sunt doctis viris, in hunc parvum & angustum locum minime concludam: quoniam nec omnia sunt hujus disputationis & temporis, & ex illorum libris ea quisque potest cognoscere. Satis erit ex multis ea quæ necessaria sunt, & quam brevissime ac facillime complecti possunt, in his commentariolis nostris prætermissa non esse. Libet ergo universam rei domesticæ curam in rebus,

ac

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
664/A

ac ſervis, ſive adminiſtris, & liberorum educatione maximè verſari. Extremum hoc attingemus, & ſuperiora illa duo primum abſolvemus.

Rerum enim curam, & in ſervos, & adminiſtros diligentiam neceſſariam ducimus. Nam rebus & ſervis opus eſt, ſine quorum copia & ope res ipſa familiaris ſtare non poteſt. In quibus profecto rei domeſticæ moderatio ex magna parte continetur, quæ niſi conſiliis & præceptis uxoris ſtabilita ſint, pedem nullum habent, & evagari ſolent latiſſime. Velut enim viris natura corporis robur & animi datum eſt: tum aliis de cauſis, tum ut induſtria, labore, multis denique periculis domos locupletent. Sic (ut aſſequor conjectura) fœminis imbecillitas natura tribuitur, ut quæ domi ſunt, curioſius ipſæ cuſtodiant.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
664/A

Timor enim curis, curæ vigilantia privari non poſſunt. Quid prodeſſet multa domum conferre, niſi intro lata mulier cuſtodierit, conſervarit, diſtribuerit? Quid enim aliud de filiabus Danai fabuloſe ſcriptum eſt, quæ perforatum replentes dolium perpetuo labore fruſtra conficiuntur? In iſta ſum ſententia, quam te Laurenti probaturum fore confido, non mediocreis utilitates ex hac uxoria cuſtodia proveniſſe. Siquidem & illud benè dictum eſt ab Auguſto Cæſare viro prudentiſſimo. Longe plus laudis & fructus Alexandro futurum, ſi quæ adeptus erat tueri & conſervare potuiſſet, quam comite fortuna res maximas geſſiſſe.

Quocirca ſua gloria fraudari non debent uxores, ſi quæcunque domum congeſta ſunt, velut earum munus eſſe conſtituerint. Dabunt igitur

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
664/A

igitur operam, ut ſicut quotidiè Pericles Athenis, ita familiæ ſuæ principari cogitent, & de ſe continuo judicari ſibi perſuadeant, ne domeſticæ rei cura, ſtudio, diligentia deſint. Ad eam rem magnopere conducet, ſi quod ad ipſas maxime pertinet, domi manere & cuncta inviſere conſueverint. Quo in loco venit in mentem prudentis illius ſtabularii, qui cũ interrogaretur, quidnam potiſſimum pinguem equum redderet: *herilis*, inquit, *oculus*. Quod officiũ ut poſteritati commendaretur apud Cajæ Cęciliæ Tarquinii filiæ ſtatuã æream, calceum domeſticum, & colum, & fuſum confixerunt, ut aſſiduam aſſiduitatem venturis imitandam quodammodo ſignificarent. Quis negligens villicus diligentes agricolas habiturum ſe ſperarit? Quis ſomnolentus Imperator milites de Republica vigilan-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
664/A

tes efficiet ? Si volet igitur ancillas domi fore, non modo verbis præcipiat, ſed re ipſa, quid faciendum ſit, indicet, declaret, oſtendat.

In re familiari nihil eſt profecto præſtabilius, quam ut ſuo quæque res loco poſita & collocata ſit. Ordo enim, quo nihil pulchrius, nihil utilius eſt, maximum ſemper pondus habet. Choros & exercitus inſpiciamus, in quibus niſi compoſitio apte ſervetur, nihil minus quam aut exercitus, aut chori vocabuntur. Uxores velim duces apum imitentur, qui quæcunque congeruntur intra alvearia ſciunt, ſuſcipiunt atque conſervant; donec earum rerum neceſſitas poſtularit, favis ſemper adſunt, ut diligenter & maturè conficiantur. Miniſtros & ſervas emittent, ſi id emolumento futurum intelligant; Si vero domi uſui futuri ſunt, inſtent, urgeant, imperitent.

Ne-

Nequid etiam cella penaria, vinaria, olearia, maritis afferat incommodi, ad ſuum officium pertinere judicabunt. Quemadmodum Imperatores numerum militum ſæpe recenſent, ſic uxores, quæ domi repoſita ſunt, ſæpiſſime diligentiſſimeque recognoſcant, ne quod annuum eſſe debet, vix menſtruum eſſe ſero, cum magno ſuo detrimento percipiant. Periclis illa ſententia maxime & fallit imperitos, & obeſt multoties rei familiari, qui fruges omnes, quas ex agris capiebat una vendebat, poſtea quicquid domi neceſſitas exigeret, ex foro quotidie comparabat. Hæc enim quotidiana frumentandi, vinandi, lignandi ratio viatori potius & tumultuario militi quam civili & patrifamilias convenit; nec adeò liberaliter, adeo ſplendide, adeo commode, fortunis ſuis conſulitur. Quod ſi quis curatoris

vitio hoc ab eo inventum eſſe contenderit, vel, me authore, uxoris administratorum negligentiam magis quam ſapientiſſimorum hominum ſententiam incuſandam eſſe judicet, illud ex Romana conſuetudine imitandũ cenſeo, ne clariſſimæ fœminæ viliſſimis in rebus verſentur. Nobiles enim mulieres percuſſo cũ Sabinis fœdere à molari & coquinaria opera, & ſervilibus miniſteriis immunes factæ ſunt. Verum enimvero, ſi mariti valetudo vel honorandorum hoſpitum cauſſa interciderit, hujuſcemodi negocia ſuſcipiant. Nam ſi ſaluti viri conduxerit, non modo quicquam prætermitti non debet, ſed omiſſum deteſtamur.

Singulari quadam animi jucunditate afficior, cum apud erudititiſſimum & vatem & philoſophum Homerum Andromachen tanto ſui

He-

Hectoris amore, & charitate teneri videam , ut vel in subministrando equis pabulo , quibus mariti decus & vita credebatur, diligens & accurata sit. Viro igitur, si officio & laudi suæ uxor intendet animum , omnia debere fatebitur, & præstabit. Sin vero vir munificus aliquos hospitaliter habere domi constituerit, vel coquinarium munus non abhorreat, quod à generosis & fortissimis hominibus Achille & Patroclo non fuit alienum ; ad quem , quum Ulysses & Ajax reconciliandi gratia venissent, rejecta lyra ea magno studio rractavit, quæ nisi benevolentiæ vel hospitalitatis caussa decora sint, vix mediocribus servis digna videantur.

Sed hæc satis, cum nobis summatim percurrere , non autem singula docere propositum sit; præsertim, quia locus iste doctorum hominum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
664/A

disputatione diligentius & uberius tractatus est, quam à meipso nunc explicari queat, quare ad reliqua veniamus. De servis quēadmodum promisimus dicendum videtur, qui modo neglecti non sint, non parū ornamenti, usus, & delectationis afferent. Id ita comparabitur, si eos accurate instruxerint, nec prius eis succenseant, quam commonefactos errasse deprehenderint. Ut prope cæteris in rebus uxores, sic & in parte duces apum sequi velim, qui nullas ex eis segnes, nullas desides esse patiuntur. Hoc domesticæ curæ præceptum sic diligenter M. Cato senior observavit, ut à boni viri officio censeri si ipse defecisse censeatur, servos jam senio confectos vendidit, ac inutiles domi teneri oportere nullo pacto judicavit. Antiquum sibi munus esse persuadeant, ut ignaras ancillas peritas reddant,

&

& quam minoribus in rebus aſſuetam, fide, diligentia præditam noverint, cellæ cuſtodiæ præficiant.

Frugi atque modeſtum curatorem aſſiduè percontentur, probent, benignis excipiant verbis, eique benefaciant, ut hoc muliebri ſtudio ipſorum ſedulitas vehementius in dies incitetur. Servos ſic paſcant, ut & ſuæ humanitati & eorum perpetuo labori ſatisfaciant. Sic commode veſtiant, ut naturæ, loci, temporis rationem habere videantur. Eos præterea adminiſtros ex Heſiodi ſententia cavere non deſinent, qui à liberis & neceſſariis ſejungi non poſſunt. Ipſos enim unà cum ſuis vel furtim nutrire neceſſe eſt. Gratioſum etiam putent, ſi quis ex familia adverſa valetudine teneatur, ut præcipua quadam attentione curetur. Hæc enim humanitas, hæc facilitas, per quam ſtudioſos omnes,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
664/A

mnes, & benevolos ad rem familiarem efficiet.

Quod, ut ad idem exemplum redeamus, in apibus plane perſpicimus, quæ ducem ſuum propter ejus erga ſe curam & providentiam nunquam deſerunt, ſemper eum magna ſignificatione benevolentiæ quocunque proficiſcatur, proſequuntur. Id nemini mirum videri debet, cum reliquis etiam animalibus quædam gratitudinis imitatio non deſit. Quod cum aliis compluribus, tum proximo patet exemplo. Athenienſes bello Perſico, ut ſaluti ſuæ conſulerent, relictis mœnibus, mari civitatem crediderunt. E littore cum feſtinatione ſolventibus, canis Xantippi ſenioris præ deſiderio, quod curſu, cauda, murmure, latratu, præ ſe ferebat, confici videbatur, niſi cum hero ſuo traduceretur. Itaque dum medios inter flu-

ctus ad herilem tranaret navim, Xantippus fugiens substitit, & anxium canem excepit. Postea ne res digna memoria obliteraretur, cum canis interisset, honorificũ ei sepulchrum excelso quodam in loco posuit, qui longo etiam tempore Cynotaphium appellatus est, ut mutuæ inter heros ac servos conservandæ mansuetudinis perpetuum monumentum posteris relinqueret.

In hoc genere longè utilissimum erit, si velut in re militari Legati, Tribuni, Centuriones, & in civitate Prætores, Censores ærarii & hujuscemodi Magistratus diversis rebus præfecti sunt, ut pauca tractantes officiis suis rectissimè satisfaciant: sic si negociis familiaribus providere voluerint, ab operaria curatorium munus ita sejungent, ut quid à quoque fieri debeat, & à se expectetur, manifestum sit. Nisi

cui-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
664/A

cuique ſuus in navi locus deſignatus ſit, etiam ſi nulla tempeſtas ingruerit, omnia tumultuoſiora fient.

Cœlum ipſum quod nobis domicilium propoſitum eſt, tanta rerum ſerie compoſitum eſſe cognoſcimus, ut una ex alia connexa & omnes aptè inter ſe colligatæ ſint. In chordis ſi ad ſuam convenientiam intenſæ fuerint, una ex diverſis tonis harmonia conficitur, qua nihil auditu dulcius, nihil ſuavius. Sic ſi rebus, & ſervis, locos & magiſteria conſtituerint, ea ſplendori & utilitati magnum in modum conduxiſſe percipient. Ut igitur ante dixi, cura, prudentia, gratia, quæ domum deferuntur, ſuſcipient, tuebuntur, diſpenſabunt. Et quæcunque ſtudio ac diligentia inſtrui, ac meliora effici valeant accuratiſſime perficient, ut communis domus dignitas confirmari atq; ampliari poſſit. Hæc hactenus.

CAP.

CAP. VIII.

De liberorum educatione.

REſtat educatio liberorum pars uxorii muneris maximè fructuoſa & longè graviſſima. Nihil propemodum prodeſſet in comparandis pecuniis rei familiaris diligentia (ut antiquus ille Crates dicere ſolebat) niſi in educandis & morandis filiis, quibus relinquuntur, ſtudium & præcipua quædam opera impendatur. Hac etiam cauſſa parentibus, quibus nihil eſt, quod non debeant liberi, maxime devinciuntur, à quibus & deſerti & deſtituti videantur neceſſe eſt, niſi genitis ipſis enutritionis & inſtitutionis officium acceſſerit, nec injuria. Siquidem authoribus vitæ, quam natura duce mortales omnes expetunt, & omni ratione tuentur, omnia debemus.

Quid

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
664/A

Quid facturi ſumus, ſi liberalite
educatis moratæ vivendi diſciplina
adjuncta ſit? Qua in re ſi cuncta a
nimo & cogitatione perluſtraveri
invenies , ſi matres ab ipſa natur
non defecerint , ſic eis educand
munus obveniſſe, ut id ſine injuri
multorum officiorum recuſare no
poſſint, omni enim parte propen
ſum in natos amorem, à quibus nul
lo pacto deſiſtit natura , ſignificat
Quod ut apertius demonſtretur
nunc de procreatione filiorum
priuſquam in lucem venirent , di
cerem : niſi latius excurrendi tem
pus non eſſet, & ipſa quoque partei
illas adeò ſepoſitas , adeò occulta
collocaſſet, ut quæ ſine turpitudin
ſpectari noluit, vix à nobis cum di
gnitate dici poſſint. Sed quæ præ
termitti nequeunt , explicabimus
Sanguis ille quo menſtruis effu
ſionibus alvo mulieres expurgan
tur

tur, hoc præsertim tempore natura jubente continetur, ut eo, quasi rigante fœtus foveatur: donec ad institutum numerum pervenerit. Deinde cunctis animantibus quæ pariunt edito fœtu lactis alimenta suppeditavit, & ubera velut fontes scatentes constituit, quibus infans irriguus sensim membris augeatur, ac vegetior sit. Duplices etiam mammas ideo concessisse quodammodo profitetur, ut si gemellos pepererint, unde simul alere ac nutrire queant, in promptu sit. Quæ cum summa providentia sic se habeant, frustra tamen acta viderentur, nisi incredibilem quendam in eos quos procreassent amorem & benevolentiam ingenuisset.

Ubi animadverti potest peculiaris naturæ cura & diligentia, nam cum cæteris ubera sub ventre formarit, mulieribus ipsis ita pectori-

bus

búsaffixit, ut una lacte nutrire & amplexu fovere, & facile commodeque exosculari, & toto (ut dicitur) pectore recipere possint. Si enim ipsis non solum necessitate, sed singulari benevolentia, & charitate, partus & educationis officium definivit. Magno quoque argumento est, si ipsam sequi voluerit, quod in ursa tristi ac sæva belua perspicimus, ut in natis componendis summa cura consumetur, quæ posteaquam informem fœtum enixa est, lingua quasi instrumento aliquo format, & sic expolit, ut non modo catuli parens, sed etiam artifex optimo jure appellari possit. Quid parvis immoramur? tanta profecto in natos benevolentia à natura tribuitur, ut animalia cernamus, quæ per se timida sunt, hinc fieri audacissima, & solertia quæ ignavia, & parcissima quæ ventri

aut

ut gulæ inſerviant. Nonne etiam
vis illa Homerica, ut pullis eſcam
ferat, inediam perpetitur; & ut il-
s bene ſit, ſuum defraudat genium.
ravibus igitur convitiis dignæ ma-
es erunt, ſi liberorum curam ne-
lexerint, & ſecuræ vixerint.

Nihil laboris recuſent velim, ut
ptimos in ſenectute ſocios, adju-
res, educatores aſſequantur. In-
græ igitur, ſi matres eſſe volue-
nt, quos pepererint, non rejicient,
d ut animis & corporibus filio-
um provideant, eos alent, eis ube-
porrigent, & quos ignotos pro-
rio nutrierunt ſanguine, jam in lu-
m editos, jam homines, jam no-
s, jam charos, & à ſe quibus poſ-
nt modis non modo nutricis, ſed
iam matris officium eximploran-
s educabunt. Ipſa Marci Catonis
enſoris uxor ſuo lacte nutrivit in-
ntem, quæ in hanc ætatem inter

Roma-

Romanas mulieres perdurat consuetudo. Quinimo, quia victus cibique sodalitium quoddam benevolentiæ & amoris incrementum est, ut benevolos servorum filios infanti suo redderet, eos aliquando uberibus suis admovit.

Quam ut imitentur, optimas fœminas & hortamur & rogamus præsertim cum magis atque magis intersit, in cujus alvo, ex cujus sanguine conceptus infans, & coalitus sit. Nullum enim aptius, nullum salutarius nutrimentum apparet quam ut idem sanguis, qui plurimo spiritu & calore incanduit, geniti notus, & familiaris victus offeratur. Cujus ea potẽtia est, ut in effingendis corporis & animi proprietatibus ad seminis virtutem quam proxime accedat. Id multis in rebus liquido cernitur. Hœdis ovium lacte enutritis tenerior sensim capillu

effi

efficitur : agnis vero, ſi capris la-
ctentur, vellera duriora fieri cer-
tum eſt. In arboribus & humoris,
& glebæ prope majorem poteſta-
tem eſſe conſtat, quam fœminis, ex
his lætas & comantes, ſi alienum in
gremium demigrarint, pejores a-
lumnæ ſucco valde mutatas inve-
nies.

Enitantur igitur nobiles fœmi-
næ, ut ſuos alant liberos ne dete-
rioris, & inſitivi lactis alimonia de-
generent. Si vero, ut ſæpe contin-
git, juſtis ex cauſis genitrices filios
educare nequiverint, nutrices nec
ſervas, nec adventitias, nec temu-
lentas, aut impudicas, ſed ingenuas,
moratas, & exquiſito ſermone præ-
ditas ſuſcipiendas, & ipſarum offi-
cio ſubſtituendas exiſtiment, ne te-
ner infans corruptis & moribus, &
verbis imbuatur, & cum ipſo lacte
turpitudinem, errores, ac impu-
ras

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
664/A

ras ægritudines ſugens, ex corpore & animo degeneri, pernicioſo contagio inficiatur. Quemadmodum enim infantis artus recte formari & componi facile poſſunt, ita ab ineunti ætate mores apte concinneque fingantur. In deligendis igitur alumnis accuratiores ſint. Hæc ætas, hic animus mollis adhuc, ad effingendum facillimus eſt. Nam ut ſigillum teneris ceris imprimimus, ſic in pueris nutricis affectiones & morbi cælari ſolent. Cujus ingenium & natura, quam efficax ſit prudentiſſimus vates Maro demonſtrat, apud quem Dido cum Æneam non modo ferum, ſed etiam ferreum vocans, *Hircanæ* (inquit) *admorunt ubera tigres*. Idem quoque jucundiſſimus Poëta Theocritus cum ſævum deteſtatur Cupidinem, non quod Venere matre natus ſit, ſed quod Leænæ mammas deſuxiſſet incuſat.

Quo-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
664/A

Quocirca satius, honestius, probabilius esse putent suos liberos alere, quos summa charitate, fide, diligentia nutriant, aut bene institutis alumnis hanc officii sui partem committere, quæ non supposito & mercenario quodam studio colant & diligant. Postquam ex infantibus excesserint, ut animi & corporis dotibus excellant, ingenium, curam, operam, impendant matres. Primùm in Deum immortalem, in patriam, in parentes pietatem doceant, ut eam, quæ cæterarum virtutum fundamentum est, à primis debare annis assuescant. Non nisi optimam de se spem præbuerunt, qui Deum timuerint, legibus audierint, parentes honorarint, & cum majoribus natu reverentes, cum æqualibus faciles, cum minoribus humani fuerint. Omnes itaque vultu, fronte, verbis denique comites

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
664/A

excipiant, optimis autem familiariſſimè utantur. Cibi potuſque temperantiam ſic ediſcant, ut ad futuram ætatem omnis continentiæ quaſi fundamenta jaciantur. Voluptates illas effugere commonefaciant, quæ ullo dedecore involutæ ſunt.

In his ſtudium, animum, & cogitationem adhibeant, quæ grandioribus factis decori, uſui, jucunditati ſint. In his ſi filios genitrices e rudire potuerint, longe melius ac facilius adjumenta doctrinæ liberi comparabunt. Gratiſſima ſæpenumero principum in ſuos juſſa & munera videmus, quum tamen eadem à privatis delapſa authoribu vix grata videantur. Quis ignora erga natos, quantum præ ſe fera authoritatis etiam exanguis & je juna parentis oratio? Unde ſapien ille Cato ſenior, ut in liberis ſu patr

patris officio non deforet, eos cum multa alia, tum literas diligenter edocuit. Eurydice quoque barbara non mediocri laude digna censeri debet. Hæc jam natu grandior virtutis ac disciplinæ monumenta literas didicit, ut quemadmodum fecit, filiis non solum esset author vitæ, sed permulta relinqueret humanitatis condimenta. Et ne risu abundent, nec eis utantur sermonibus, qui temeritati conjuncti sunt, sæpe corripiant: Illud enim stultitiæ, hoc furoris argumentum est. Ad hæc quæ factu turpia sunt, etiam ne dictu ipsis familiaria sint, caveant.

Ab illotis igitur & contumeliosis verbis eos reprimant, & si quid licentius & spurcius dixerint, non ioco aut osculo, sed loro excipiant. Subinde præcipiant, ne inopiam, majorum ignominiam, & cæteras calamitates ullis objecerint, quibus

ex rebus & graveis inimicitias ſibi conflent, & arrogandi conſuetudinem imbibant. Ludis eos inſtituant, in quibus ita ſponte ſua labores ſuſcipiant, ut ſi contigerit, graviores tolerabilius ferant.

Matres velim præſentibus filiis iracundiam, avaritiam, cupiditates, quibus virtus relangueſcit, deteſtentur, ut à pueris has turpiſſimas dominas contemnant, fugiant, oderint, curentque magnopere, ut ſacra vereantur nomina, & ea execrari reformident. Quos enim adulti non irridebunt, qui id ætatis divinitatem ipſam contempſerint? Uſque adeo in teneris adſueſcere multum eſt, ut jurejurando abſtineant, monebunt.

Nec profecto fidem merentur qui viliſſimæ rei gratia facile jurant quique facile jurant, ſæpiſſime ve incauti dejerant. Eos vera dicer

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
664/A

aſſuefaciant. Id Perſis antiquiſſimum fuit, ideoque forum mercaturæ ne apud eos eſſet, inſtituerunt, quoniam mentiendi & dicendi mendacium & pejerandi locum eſſe ſibi perſuaſiſſent. Cum aliis in locis, tum iñ conviviis pauca niſi juſſos loqui doceant, ne quod illi ætati alieniſſimum eſſe debet, & inverecundi fiant & garruli. Diſciplinæ enim impedimento erit, ſi quid non ſatis illis exploratum ſit, prudentius explicare voluerint. Idcirco ſcitum illud Catonis, cujus adhuc adoleſcentis, cum ſilentium incuſaretur; Id, ait, mihi minime moleſtum futurum eſt, quoad ea didicero quæ taciturnitate digna non ſint. Pleraque id genus, ſi cum primum per ætatem licuerit à matribus ipſis perceperint, fœlicius ac facilius ad parentum gravitatem & diſciplinam traducentur.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
664/A

Exiſtunt multa præterea, quæ quia genitoribus potius peculiaria ſunt, nunc in præſentia prætermitto, & eo magis quod nonnullos videre videor, qui hanc noſtram rei uxoriæ præceptionem immenſam & infinitam dixerint, cui vix patres noſtræ ætatis ſatisfaciant. His nihil eſt, quod rectius ipſe reſpondeam. Ne ſane nobis propoſitum fuit, quid agatur, diſcutere; ſed quid agi debet, oſtendere. Quis eſt adeo iniquus judex, ut ſi quemadmodum tu juſtiſſimis ex cauſis nuptias probarit, & in deligenda uxore moribus, ætate, genere, forma, divitiis, primariam fœminam acceperit, quæ viri amantiſſima, quæ modeſta, quæ domeſticæ rei inſtructiſſima ſit. Quis inquam ita male ſentit de rebus, ut & ipſe omnia magna ſperare, & hujuſcemodi uxores omnia majora præſtare non debeant?

Te

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
664/A

Te igitur, mi Laurenti, cujus imitatione accendi debent, æquales tui magno ſtudio ſequantur, qui Zinebiam, virtute, venuſtate, nobiliſſima familia, opibus ex omni ordine florentiſſimam virginem uxorem delegiſti. Quod enim illuſtrius, quod dignius exemplum poſſum proponere, quam tuum? cum in clariſſima Italiæ civitate Florentia, patre, avo, majoribus tuis ſpectatis viris digniſſimus, conjugem eam tibi deſumpſeris, cujus fortunas quidem univerſi; continentiam verò, fidem, prudentiam optimus quiſque ita maximi faciant, ac admirentur, ut & ipſam te uno, & te tali uxore beatum, ac fœlicem exiſtiment. Qui quoniam præſtantiſſimas ac ornatiſſimas conjugales partes conſecuti eſtis, immortalem Deum rogant, ut optimos vobis liberos ac honeſtiſs. Reip. cives procreetis.

Hæc leviora forte videri possent, cum à me disputantur, nisi tuis in nuptiis quodammodo recognoscerentur. Sic profecto in te conversa juventus plus proficiet, quam si solum in meis scriptis acquiesceret. Nam sicuti leges maximè civitati emolumento sunt, cum principem optimum eis parere cognorit, sic cum ad præceptionem tua quoque ratio accesserit, juventuti usui fore, non desperamus. Sed, ut unde cœpit, in te Laurenti terminetur oratio.

Habes nunc meum instar muneris de re uxoria judicium, in quo quæcunque à me dicta sunt, non tui commonendi (ut initio dixi) sed declarandæ benevolentiæ nostræ caussa, multis bonam in partem acceptum iri confido, tibi verò (cujus nomine hoc negotium suscepi) certo scio. Quod si qua in his

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
664/A

his fortasse commentariolis nostris graviter & eruditè conscripta inter legendum occurrerint, summo in omni genere laudis viro Zachariæ Trivisano (ejus enim memoriam libens usurpo) & literis Græcis attribuito, ex quibus aliqua, quæ ad hanc rem pertinebant, hic ex sententia collocata exposui. In his vix paucos Menses versatus uberes ac jucundos fructus colligere videor, tantum & ingenium, studium optimi & eruditissimi Guarini Veronensis, quo præceptore & amico viro omnium familiarissime utor, postquam & ad suscipiendam, & ad ingrediendam humanitatem unà & multis primariis hominibus nostris, ac mihi dux fuerit, & ita dux fuerit, ut ejus opera hæc divina studia, quibus à puero dedicatus sum, longè & fructuosiora & gratiora mihi facta sint.

Hæc itaque *Vxorium*, ut ſic dixerim, *Monile*, in hiſce nuptiis tuis à me libenter accipies, quod vel eò magni facies ſcio, quod ejus generis eſt, ut non (quemadmodum cætera) uſu frangi ac conteri poſſit, vel quod ab optima fide ac animo certo, certe tibi deditiſſimo proficiſcitur,

Vale.

FINIS.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
664/A

POGGIUS GUARINO VERONENSI P. S. D.

DIi male faciant istis nequissimis tabellariis, qui tam male nobis satisfaciunt in reddendis epistolis, & me privant fructu literarum mearum, & tibi adimunt voluptatem, quam pro tua summa in me benevolentia per magnam ex iis capere soles. Cæterum maximas ago tibi gratias, pro libello quem ad me misisti. Immensum quiddam tibi deberem, si essem ducturus uxorem. Sed parva erat antea uxoris capiundæ, nunc nulla, post-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
664/A

cuti. Eamvero epiſtolam, cum mihi majorem in modum placere pluribus oſtendi, quibus viſum eſt, ea abs te luculenter magnificeque narrari, ſed de his alias.

Vale. Conſtantiæ, Pridiè Calend. Ian.



PAU-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
664/A

PAULUS

VERGERIUS

Doctissimo Viro

NICOLAO

LEONTINO

Physico

S. P. D.

HODIE apud Dominum Franciſcum Cardinalem Florentinum, qui redintegrandæ valetudinis gratia, domi ſe continet, cum ad eum ſalutandum veniſſem, libellum reperi, quem Franciſcus Barbarus amicus tuus, & ſtudiorum ſocius, de re uxoria nuper edidit, elegantem quidem & ut venuſtate ſer-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
664/A

ſermonis præclarum, ita præceptis optimis, & exemplis uberrimis, ex omni Græca Latinaque hiſtoria collectis redundantem. Miratus ſum in eo opere viri hujus, non tam ingenium quam diligentiam. Nam illud quidem jam dudum, monſtrante mihi olim chariſſimo viro Zachario Triviſano, quandam ipſius epiſtolam, tametſi negligenter, ut erat, & abſque ullo ſtudio ab eo conſcriptam, facilè deprehendi. Quod verò nunc de re uxoria, tam eruditè copioſeque juvenis inexpertuſque nuptiarum ſcripſerit, idque tam bene ſciat, quod neſcit, hoc eſt, quod
ego

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
664/A

ego non magnopere admirari non potui. Itaque jam planè Græcum, excellenter autem Latinum nemo negabit eum, ita dicit & ſapit. Barbarus autem videri nullo modo poterit, qui Barbarum nihil ſentit aut ſonat. Et utinam cætera Barbaries, ita ſit Barbara. Cæterum te non parum accuſo, quod nihil de libello iſto ſignificaſti, cum te qui comes eras ſtudiorum latere non potuerit. Expectare opinor voluiſti, ut odor famæ illum ad me perferret, & cum tritus eſſet cęterorum omnium manibus, tunc demum ad me perveniret: quod equidem
non
Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
664/A

non laudo. Et nisi meliorem rationem attuleris non possum non damnare. Vale.

Ex Constantia III. Nonas Aprilis.



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
664/A

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
664/A

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
664/A

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
664/A

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
664/A

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
664/A

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
664/A



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
664/A